 bo. Nam & vulgò caepisse numerum contemni, & contemptis augusta potestatis
 auctoritatem imminui. Sed enim in multitudine feriarum non magna temporis
 iactura, plus satis ferianti ordini visa est. Ergo extundi non potuit receptum mo-
 rem causificantibus, & periculosam omnem mutationem in religiosis institutis.
 Erat quod responderetur, sed datum est ordinum concordiae, ne quid amplius urge-
 rentur, & contemni is ordo malebat, quam cedere. Nam Petrobrusianos, Vual-
 denses, qui hoc in totum contemnunt, inter schismaticos reponimus.

I Iurisdiction contentiense. (adiiciendum censuimus, & vero conueniebat,
 ne infinite posita vox Iurisdictionis, quae erat in veteri, indefinite interpretatio-
 nis in statuto praesertim putaretur, & quae voluntaria iurisdictionis sunt, excludi
 putarentur, quae ius ciuile, & ratio non excludunt. Et contentiosa quidem habenda

est, quæ inter repugnantes exercetur, iudice, actore, & reo disceptantibus. Est enim altera natura alterius iurisdictionis, quæ causa & ipsa cognitionem desiderat, cuiusmodi sunt iudicantium plerique decreta, quæ de minorum rebus adhibentur, & tutorum dationes, quæ etsi aliter non adhibentur quàm causa cognita, tamen non fiunt in forma contentiosa, nec cuiusquæ vocatio exigitur ad hoc quidem ut vllum suum interesse particulare deducat in iudicium: sed ad instruendum iudicantis animum, qui aliter auctoritatem suam accommodare nequit petenti, quæ ex informatione causarum, quas lex requirit: de qua nos in notis, & Bart. l. 3. §. causa. D. de honor. possess. tales hac dispositione non excluduntur, & feriis fieri possunt:

2 Fêtes. *¶ Feriatis intelligi honore caelestium: de feriis usu hominum nil expressit, etsi conueniebat, sed iuri communi reliquere commissarij.*

3 Et des deffaux. *¶ Addendum censui, quia sæpe cognoscente me aduocatos memineram de eo contendisse, an expensa defectuum (sic enim loquuntur) deberetur, veluti citati venire deberet allegaturi priuilegium, ex communibus regulis. Perperam id quidem, quia lex pro homine excipit, & actum annullat. l. i. l. si feriatis. D. de fer. l. si feriatis. D. de arbit. Sed expresso omnis dubitatio sublata est.*

ART. II.

POURRONT neantmoins les Commissaires venās d'autres lieux & iurisdictiones, vacquer au fait de leurs commissions, és iours des festes, qui ne sont vniuersellemēt commandées au Duché.

¶ Pourront neantmoins. Hic articulus iuris noui est, nec ordinis ecclesiastici pace amplius obtineri potuit: immensa nuper hac ætas salaria exigere cepit, adiutorum, apparitorum, estimatorum, mensurum, testium, & recte agentibus suas quoque salariis ferias esse oportebat, nihil aut aliud agentibus, nec otiantes magistratus præter viatica quidquam petere: sunt enim & sæ iudicibus quoque ferias, sed quando hæc horum temporum inclementia non patitur, quod maximum obtineri potuit, hic est constitutum.

ART. III.

LES Iuges seculiers peuuent en tout cas de delict requerant capture, prendre & apprehender Prestres, Clercs, & Religieux, aussi les arrester au cas qu'ils denieroient & refuseroient donner seureté à autres: sauf à les rēdre aux Iuges Ecclesiastiques du lieu où le delict aura esté commis, s'ils en sont requis, & faire se

doit.² Et seront tous les frais raisonnables de la iustice
 seculiere, autres que ceux qui auroient esté faicts par
 les parties, payez par lesdicts Iuges Ecclesiastiques, s'il
 n'y auoit cas priuilegié: auquel cas ne ferôt lesdits fraiz
 payez que pour la moytié.³ Et sera tenu le Iuge seculier
 incontinct apres qu'il sera informé de la qualité & pri-
 uilege des Prestres, & autres Clercs priuilegiez, en ad-
 uertir le Iuge Ecclesiastique, pour les retirer.

1 OÙ le delict aura esté commis.] *Ante decem serè annos quàm hec con-
 suetudo reformaretur, notas in ius patrium scripseram, & controuersia, quæ ad id
 tempus tenuerat, memineram, his ipsis de verbis nota 8. art. 4. Occasionem deni-
 que nactus ab reformatione dubitationem ex sententia ordinum constituendam
 censui his verbis additis. Nam quis usus noui scripti, si veteres controuersie re-
 linquantur.*

2 Et seront tous les fraiz.] *Vetus de eo erat controuersia, sed recruduerat, cum
 lex de eo postularetur, de qua nos pridem in notis: Postulabat ordo ecclesiasticus, ne
 ad eas expensas adstringeretur, quæ ante denunciationem Episcopis factam essent
 facta, neque enim de eo suam ullam esse culpam, qui litem apud civilem iudicem
 motam cum clerico ignorassent, & sape accidere post propositam probatamque cle-
 ricatus exceptionem, ut iudices civiles inutiles lites & processus texerent, disti-
 mulatione probati ordinis, cuius facti culpam sustinere ipsi non deberent. Contra,
 nobilitas differebat aduentitiam esse clericatus qualitatem: neque enim clericum
 quemquam nasci sed fieri omnes: Igitur & poni probarique eam qualitatem oportere,
 quod dum fit, regularem & naturalem esse cognitionem iudicis secularis. Ip-
 sos verò clericos sepius differre exceptionis obiectionem interdum & in causa ap-
 pellationis. Quod cum fit, quid hic iudici laico imputari posse, cum illam quoque
 culpam Episcopi vulgò sustineant, quod passim, & sine iudicio in ordines sacros
 quoslibet adsciscunt, & iudicibus & iurisdictioni seculari eximunt indignos, &
 qui in animo nihil minus habeant quàm ordinem & professionem ecclesiasticam
 & munia eius suscipere. Quare nullo modo informationum, interrogationum, aut
 eorum quæ usque ad exceptionem propositam acta essent, expensas ab ecclesiastico
 recusari posse. Hac atque talia cum ex aduerso declamarent, rogatus sententiam
 dixi, neque nihil eorum quæ dicerentur, neque omnia talia esse, nec factis omnibus
 omnia congruere, idèoque controuersiam ex cuiusque iudicis mora iudicandam.
 Nam quod iudex civilis in informationes, interrogationes, & eos actus impendisset,
 qui ante probatam ordinis exceptionem facti essent, rectè ecclesiastico iudici im-
 putari, cum iudicis civilis regularis & primaria esset cognitio aduersus delinquen-*

Res omnes, qui sua potestati subiecti essent ex territorij lege, nec aduentitias ac proinde ignoratas cuiusque singularis persone qualitates eximere à iurisdictione, quo ad proposita probata, & cognita sint. Quod si in facto proponeretur obiectam oppositionem, & probatum ordinem, sed iudicem civilem inutiliter trahendo cognitionem, iudicium distulisse de ordine, atque interim multas expensas factas, quem non videre iniuriam fieri episcopo, si ad eas impensas adigeretur quæ ex alterius mora essent facta, quas rectè recusarent hac quidem specie. Res acta est magnis clamoribus, nec inter ordines de eo conuenire potuit: itaque ad commissarios reiecta est, ut de ea pro arbitrio statuerent, & id quod censuissent obtineret, apud quos re denuo agitata prodiit denique hic articulus, sed quid tum? Nimirum (ut loquuntur) aulicè. Hic articulus neque cōtrouersiam diffinit, nec nodum dissoluit, neque enim de expensis statuit, quod erat cōtrouersum, & quosdam animo obsequitos apparebat.

3 Et sera tenu le Iuge seculier. Consequens erat statuere, si non fecisset ipsum subici expensis: sed & mēta. Nimirum quidem artificiosa hac reticentia est.

ART. IIII.

NE iouyront du priuilege des Clercs, sinon ceux qui sont cōstituez és ordres sacrez: & pour le moins Soudiacres, ou Clercs beneficiez, ou actuellement residēs & seruans aux offices, ministeres, & benefices qu'ils tiennent en l'Eglise, ou Escoliers actuellement estudiants, & sans fraude.

Ne iouyront du priuilege des clercs. *Hic articulus noui iuris est, atque ad eò nouorum temporum. Vetus forum, & iura maiorum ne fando quidem tale quidquam audierant, ne si maiestatis quidem in crimine res uerteretur, aut moneta, aut ducalis magistratus noxa in munere commissa simpliciter ecclesiasticorū cognito erat de clericorū criminibus, sine exceptione. Cum multi clerici maiestatis postulati esēt in crimine cōspirationis Pontiberianæ contra Ioannē Ducem Britāniæ, non aliter cōtra eos inquisitum est, quàm ex sūmi Pontificis decreto, & delegatione. Extant ea de re Pontificum rescripta in archiuis ducum. Cum Ægidius ducis frater improborū cōspiratione esset crudeliter oppressus, postulati sunt & Abbates & clerici cōplures eius criminis, sed nō antequam autore pontifice Max. Cum Caluinus Ducis Francisci Cancellarius pluribus criminibus peteretur, incumbente in eius perniciem Landesio, qui flagrantissima in gratia apud Ducem erat, quamquam frēdente Landesio ad episcopalem cognitionē remissus est: & crebra talium exempla memorari possunt. Neque apud maiores nostros ullum tam atrox crimen fuit, quod id priuilegium ordinis excluderet. Maturius Franci eius religionem exuere, & qualitates criminum inter crimina habuere ut libuit, quamquam id pedeten-*

DES IUSTICES

tim primò, & timide prætèxtu quasi regia maiestas offensa esset, reperta priuilegiariorum criminum cognitione: primus rex Franciscus. 1. metum exiit, & mota postulatòs simplices clericos cognitioni suæ subiecit ordin. àni 1534. art. 4. Nec tamen tantum ausa Curia Parisiensis, cum ordinationem illam promulgaret, censuit, ut Rex de eo apud Pontificem intercederet, quo ratum id vellet, tanta adhuc tum veneratio erat sacrosancta potestatis. Sed qui posterius vixere, cum multa facinorose ab eius ordinis hominibus patrari perspicerent, nec pro merito ab suis iudicibus coerceri, audaciam intendere eò progressi, ut Henrico regi suaderent absolute simplices clericos priuilegio exuere, id anno 1553. magno, quod negari non potest, ausu, de quo tamen illa curia iterum referendum ad principem statuit, de cuius ordinationis rigore multum detractum est articulo ord. Molinensis 40. ex quo ipso hic descriptus est, quo ingens iuris Canonici farrago, præcisa est de priuilegiis eius ordinis, de monitionibus, de habitu, & vestitu priuilegiario, de que multis talibus, de quibus tum multi & prolixi tractatus extant illo iure. Certè iam olim fatigârât magistratus nostros ea controuersia, & nimia impunitas clericorum, & principes nostri à Leone Pontifice Maximo priuilegium impetrârânt, ut in eos lege agi paterentur, qui sine habitu deprehensæ essent. sed ea ipsa me forum inueniente exoleuerat, & eius meminit Chassanaus, & ante ea tempora apud nos extiterat Cardinalis Tuteuillanus legatus à latere Pontificis, qui decretum de coercendis clericis amplissimum Francisco duci ultimo obtulisset, quod postea Martinus v. Pontifex comprobarat, & extat etiamnum in chartophilaciis ducum. Magnum certè negotium id argumentum patri olim meo prouinciam regenti facescit, cum ille plecti laicos, & impunè iisdem de criminibus persultare clericos ferre non posset, idque adeò ut infensus ille ordo totus in eum incumberet, non minus quam olim in Petrum Mauclerc. & Pontificem ipsum penè maledictis è sede sua exciret execrationes & anathemata ciendo, sed demum assuetudine res curata.

2. Escoliers. [Hoc ipsum cum in confèssu ordinum addendum censuissem, miro modo mihi est ab omnibus omnium ordinum hominibus repugnatũ, cum illi fraudem fieri crebrò dicerent legi prætextu scholastici instituti. Dixi fraudi occurrendum, nec legem auersandam: Nam & quam legem dari posse, cui non protinus sua fraus esset comparata, simulac esset edita, sic fore ut nulla omninò obtineret. Adieci ordin. regia auctoritatem, qua tales disertè excepisset, malo exemplo adimi priuilegia tam bono, & necessario seminario disciplinarum. Nil profeceram, magis mirandum ne assentiètibz quidem literatis. Res reiecta ad commissarios: Nec ibi repugnatum. Ord. auctoritas, ratio, sanctitas instituti perualuere. Additũ, ut fraus abesset.]

V.

LE Juge sèculier, à la requeste du Juge d'Eglise, sera tenu prendre quelque personne que ce soit, accusé de

tous crimes, dont la cognoissance appartient aux Iuges d'Eglise, faisant apparoir du decret.

Accusé de eas de crime.] *In veteri erat accusé de crime d'heresie. Dixi incauté, singularem casum expressum de pluribus, veluti restringenda dispositionis causa, quæ tamen ex æquo ad similes omnes casus pertineret, & probarunt omnes.*

VI.

LES gens d'Eglise peuuent proceder par sermons & monitions: mais ne pourrôt proceder par césures & excommunications contre aucun debteur seculier, par faute de payer sa debte. 6.

Les gēs d'Eglise,] *In veteri scriptum fuit s'il a meubles ou immeubles. Dixi expungenda hæc verba, cum in totum persona secularis exempta sit à potestate ecclesiastici, extra quidem cognitionis suæ metas, sed ea verba incauté descripta erāt de veteri ab reformatoibus anni 1539. quo tempore ecclesiastici iudicia de actionibus personalibus aduersus seculares sibi tribuebant: etsi id pridem Anna ducissa sustulerat: sed iuris mutationem reformatores non aduerterant. Deinde si debitor habet bona, ea pignerari possunt per ciuilem potestatem, & suum iudicem: si non habet, non rectè aduersus inopem adhibetur excommunicatio, nec per obliquum quisquam per ecclesiasticam potestatem laicus adigi debet ad cessionem bonorum, quæ in cognitione est iudicis laici. Nullo igitur casu ecclesiastici ea de potestate est, nec moramur aretologos, qui aliud, atque aliud subinde de eo iudicatum memorant iure obsoleto: & ordines probarunt.*

VII.

SI les Prestres, Diacres, Soufdiacres, & Religieux profes, ont delinqué en la monnoye, ou commis² autres delicts, où y ait cas priuilegié, leurs proces leur seront faits³ aux prisons des Iuges Ecclesiastiques, s'ils en ont sur le lieu de seures & commodes, ⁴ sinon, és prisons de Iuges seculiers, ⁵ concurrément par les Iuges d'Eglise & seculiers, tant sur le delict cōmun que cas priuilegié. Et seront tenuz à ceste fin lesdicts Prelats assister ou commettre Vicaires, pour faire & parfaire le proces sur les lieux, & donner sentence par iu- 7.

gemens separez. Et seront lesdits Prelats tenus de grader les susdits delinquans, s'ils sont conuaincus dudict crime de faulse monnoye, ou autre meritant de gradation, pour estre punis de mort par le Iuge seculier, s'ils l'ont desferuy.

- 1 Si les Prestres.] *Expuncta est qualitas simplicium clericorum ex hoc, & superioribus articulis, & dixeramus in Notis.*
- 2 Autre delict.] *additum: Nam ius idem in similibus omnibus.*
- 3 Aux prisons du Iuge Ecclesiastique.] *Additum ad tollendas controuersias, & quia personalis coërcitio ad eum pertinet. Nam laici pecuniaria tantum, & de rebus est, ideòque & persone custodia ad ecclesiasticum pertinet.*
- 4 Sinon es prisons de Iuges seculiers.] *Hoc quidem utilitatis publica causa, & veluti dispensatiue propter necessitatem & usum.*
- 5 Concurremment.] *Hic abrogatur articulus Molin. 39. & expediebat, & omninò mirandum est ulli placere potuisse, qui in rebus agendis esset versatus. Vetusissimo Britannorum usu solida cognitio erat iudicis ecclesiastici exors externa omnis potestatis, ut antè diximus. posterius reperiuntur, ut uterque iudex in cognitione cõcurreret, id deinde in nouatum articulo Molinensi, cuius tamen usum obsolescere magna de causa curia suprema patiebatur, & cõiunctim iudicia exercebatur: aliter obseruantibus futurum erat, ut immensi sumptus litigantibus faciendi essent, & semel atque iterum reuocandi testes, iterum componendi manifesto præiudicio posterioris cognitionis post didicita, testificata & apertas attestaciones. Quod si ad eruendam veritatem questione opus erat, cum iudex secularis eam non posset infligere, eueniebat ut nocentem reum absolueret cogere: sed in cõiuncta cognitione beneficio vicina potestatis poterat è probationibus cognitionem elicere. Quis non videt satius esse coniuictim cognoscere, & meliorem usum adimi separatis?*
- 6 Assister ou commettre Vicaire.] *Hic articulus propemodum pugnare videtur cum illo Molinensi 39. sed tamen sic omninò constituendum fuit, uti nunc quidem res sunt. nec illi Blesensis articuli 61. monitores usquequaque aduerterat. Nam cum sub vno episcopatu plures saepe ciuitates, & oppida habeantur, & Episcopi unico duntaxat loco tribunal, & pratorium habeant, extra quod ius dicere nequeunt, cum territorium non habeant, euenire necesse erat, si rei omnes ad Episcopum remittendi essent, ut omnes cognitiones maximo cum incommodo exercerentur, si ad unumquemque actum vtrunque iudicem conuenire oporteret, & iudices ciuitatum subinde recurrere in urbem episcopalem ex vicis, oppidis, pagis, magnis sumptibus dominorum, & molestiis iuridicorum, quod ipsum futurum erat impossibile. Quare ut hic nodus dissolueretur, in cognitione coniuicta visum est Episcopos per vicarios exercere necessarias cognitiones & carceribus iuridicorum*

interims

interim pro suis uti commodato à lege territorio.

7 Et feront tenus les Prelats les degrader. Sic denique visum ordinibus & commissarijs, cum ego admonissem magnas pridem de eo controuersias incidisse inter Episcopos & magistratus ciuiles, cum negarent Episcopi vlla se potestate seculari adigi potuisse ad clericorum degradationes, qua omnem ciuilis cognitionis potestatem excederent, & aliquando de eo sententijs pugnatum acriter in Curia parlamenti memineram: addebam, ne si maxime quidem vellent, Episcopi in arbitrio fore, ut facerent propter degradationum solemniam, longas ambages & numerum Episcoporum, quem Canones exigerent. Quare legem de eo dicere in potestate ciuili non esse, sed peruicere qui contradicebant, nimia hominum delinquenda licentia offensi magis quam ex iure, quod nemo negare posset.

8 Meritant degradationem. Vetus in crimine duntaxat monet hoc ius constituerat, sed par erat in omnibus delictis ubi eadem poena esset irroganda, idē statui.

VIII.

TOUTES personnes seront conuenuës par deuant le 9. Iuge de leur domicile, pour raison de contracts, 1. rescission de contracts, demande 2. de retract conuentionel: & en toutes actions personnelles.

Toutes personnes. Priore consuetudinis scripto quadam de fori competentis materia erant constituta, sed ea valde emendata, ut cetera: quare valde conueniebat de eo regulas scribi, de quo in ordinandis litibus primum omnium esset statuendum. Nec in eo multum est laboratum facili ordinum consensu. Personales germana significatione appellant, quae ex promissione cuiusque personali tribuntur: & si alterius etiam speciei quadam personales dicuntur, quas citra promissionem lex necit in personas, quas ex facto appellant, quia aliud nomen non habent. Quasi ex iure in rem, aut proprietate iustificantur (sic enim dicamus) causa non erat, cur extraordinarij & priuilegiarij iudices, qui nuper in iudicia irrupere, tales sibi assererent. Nec verisimile est de talibus olim sensisse principes iurisdictione de ordinarijs corrosa: scio quos sequantur, sed quod non peruasit mala ambitio corruptis primis causis.

I Rescission de contracts. Inter personales reponenda sunt rescissoria, cum aduersus eos dantur, qui ipsi contraxerunt. nam quo casu fraus, dolus, aut vis ad rescissionem proponitur, lex ex facto contrahentis obligationem in eum personaliter necit. Quod si aduersus alium detur, qui ipse non contraxit, ex eo quod rem detinet, quo iure in Francia vulgò uti solemus, tum propriè personales dicenda non sunt, sed in rem scripta, de quibus articulo sequenti: nec enim hoc casu factum rei in causa est danda actionis, sed detentio rei.

B

2 Retraict conventionel.] *Cum petitur ex lege redimendi dicta in contractu, nec spectandum quid in actionem deducatur, siue res soli, siue mobilis. Nec enim res respicitur, qua petitur, sed titulus actionis, cum scilicet ex promissione petitur, de quo nos in notis, art. 48.*

IX.

10. Et quant aux instances petitoires, & actions pures reelles, 2 le Seigneur, ou son Iuge, est Iuge competent pour toutes les terres & heritages, qui sont en son distroit & iurisdiction. Et quant aux 3 actions de retraict lignager, & autres semblables, appellées en droict ecrites *in rem*, seront poursuyuies par deuant les Iuges 4 du domicile, ou de l'heritage, à l'option du demandeur.

Et quant aux instances.] *Hic de vendicationibus, & merè realibus, qua à iure in rem, & à proprietate iustificantur citra promissionis aut facti allegationem, qua nullam obligationem presupponunt, ut pote reales.*

2 Le seigneur.] *dominus scilicet feudi, cui ex infeudatione iurisdictio competit, quia ubique consuetudo talem considerat, non eam que in abstracto est: de feudo enim cognitio inter extraneos ad dominum feudi pertinet, ut olim ad pares Curia: quod si personaliter ageretur, cuiusvis cognitio esse posset, qui de personalibus cognosceret: quia tum promissio, & factum personale tantum in cognitione est, non item dominium, id est, queritur, an reus promiserit, non an actor sit dominus, etenim presupponitur talis esse, cum agat personali.*

3 Actions de retraict lignager.] *De hoc pridem pugnabatur, & locus collegit Tiraq. in retract. §. viij. & §. 34. Re vera retractus merè personalis est, cum intenditur aduersus primum emptorem. Sed cum aduersus tertium, in rem est, etiam si tribunalium stylus personalem admixtam censet, utilitatis causa magis, quam stricto iure.*

4 Du domicile, ou de l'heritage.] *Sic censui ad præcidendas opinioniones Doctorum Bart. Imola. Ias. l. titie textores D. de legat. j. glos. l. forma. §. agri D. de cens. lib. locos collegit Tiraq. d. §. viij. & institi, ut ea dubitatio decreto ordinum finiretur.*

X.

11. POUVRONT toutes personnes se submettre à la iurisdiction du Iuge, au dedàs du distroit duquel ne sont demeurans ny iusticiables, par prorogatiõ & submission

expresse: & où cas qu'elle soit faite par cōtract, n'y aura lieu de retraiēt de barre: & vaudra la prorogatiō, tāt pour le prorogeant, ² que pour ses hoirs. [†] *supplē*

† Tam quā si seā quāsi effect ex cōstructione Contracti pōt sequi hāc p̄rogā.

Pourront toutes personnes. *Cum hic articulus ordinibus occurrisset, monui magnopere, ut meditatē cōciperetur, de quo magnas saepe cōtrouersias incidisse memineram: denique etiam subieci, vim eius à dominis prædiorum saepe eludi inani prætextu iurisdictionalis emolumentum. Repugnatum est mihi acriter ab Episcopis, & his qui amplas iurisdictiones habebant, illud subinde de triuio ingredientibus iurisdictiones esse patrimoniales, nec prorogari debere præiudicio dominorū. Dixi vulgare problema, quod obiiceretur vulgo malè percipi, quippe id ad causas feudales, id est, in quibus de feudo controuerteretur propriè pertinere, de quibus in c. verum. ext. de iud. ne scilicet alius iudex quàm dominus de talibus cognosceret ex prorogatione: sed personalium aliam esse causam, quia talium cognitio non ratione feudi, sed domicili, & iurisdictionis in abstracto considerata competere. Neque enim fundorum possessores rectè conueniri apud quemquam iudicem, nisi reus ibi domicilium haberet: non igitur ratione feudi, sed personalis facti tribui cognitionem, igitur & prorogari posse. Adieci rationes de iure, & memorabile iudicatum Curie Burdegal. quod Boërius memorat decis. 114. Denique reclamantibus qui obstiterant, vicit apud Commissarios hæc sententia, ac denuo in consilium missa denique obtinuit: Nec enim latitudo voluntatis contrahentium, ut ait imperator, impediri debet propter nimiam subtilitatem iuris. l. vnica. C. ut actio ab hered. & cont. hered. incip. aut prætextu iurisdictionalium emolumentorum, quæ casus & alieni contractus offerunt. Hæc de sententia Doctorum. l. si conuenerit. D. de iurisdiction. om. iud.*

2 Que pour leurs hoirs. *] adiciendum & vxoribus, quæ partem capiūt in communione cōtractus, in quo prorogatio apposita est: quare etiam passiuè omnibus eius clausulis subiicitur.*

XI.

Les delinquans non domiciliers, sont iusticiables du Iuge au distroict & territoire duquel ils ont commis le delict, pour raison d'iceluy delict: s'ils sont apprehendez audit lieu, ² ou preuenuz par decrets, ou adiournemēts executez, au cas que le Iuge soit capable de la cognoissance dudit delict. ³ Lequel Iuge procedera contre lesdits delinquans, où ils ne comparoistroient, ou

ne pourroient estre apprehendez, par deffaults & contumaces, iusques à sentence de forban: laquelle il sera tenu donner dedans quatre mois à compter du iour dudit delict. A faute dequoy, & ledit temps passé, le Iuge du domicile en pourra & deura cognoistre, & faire iustice, selon l'exigence du cas: sans qu'il soit tenu en faire renuoy au Iuge du delict. Et où il ne seroit capable de la cognoissance dudit delict, doit intimer la iustice du Seigneur superieur, qui doit & est tenu prendre & receuoir les accusez, pour en faire iustice & punition, selon la qualité du delict, s'ils n'estoient Clercs priuilegiez, qui doiuent estre renduz aux Iuges d'Eglise, comme il est dict cy dessus.

Hic de cognitione criminali statuitur, quo in argumento valde olim pugnatum est à iurisconsultis scholasticis, quorum disceptationes lege patria comprimi oportebat, alioqui nullus modus futurus erat vitilitigationis veteri consuetudine non simpliciter de crimine cognitio iudici delicti tribuebatur, sed ita demum si noxium prehensisset, aut anteuertisset decreto superuenit articulus Molin. 35. qui sine distinctione iudici delicti cognitionem tribuit. Vtra lex alteram tolleret dubitabatur: Molinensis ordinatio & regia, & posterior, & de ordinariis litium agebatur: hec cum in conuentu ordinum esset proposita, placuit legem patriam obtinere paucis additis. Iudex delicti ab accidenti iudex fit, domiciliarius ordinarius, & regularis, & omnium temporum qui quotidie imminet & subiectos habet delinquentium penates. Quare melius ei cognitio committitur, si reus in delicti loco captus non est, & domum refugit: hec quidem cum de crimine extraordinarie agitur, nam si ciuilitate ad domicilij iudicem eundem est, ut in personalibus omnibus, tum enim cognitio est non imperij, sed iurisdictionis simpliciter sumpta, quod Iason recte ait. Imperium. D. de iurisd. omn. iud. & l. ult. D. de abigeis, etiam si nuper infensa Themide aliter est in iudicibus criminalibus constitutum, ut vendibilior merx esset.

2 Ou preuenus.] *Præueniendi quoque modum adiciendum censuimus, & lege diffiniendum: nam nec iure Romano de eo consentitur, & alius aliud putat: extat ordinatio Castrobrientij edita anno 1565. qua decreto præuentionem statuit, hic amplius additum, ut decreti quoque executio adderetur denunciatione,*

3 Lequel Iuge procedera.] *Additum hoc ut in omnes casus caueretur: nam*

futurum erat, ut index delicti securus cognitionis prosecutione omitteret, index domicilij prohibitus non posset, ita ut neuter officium faceret, hic vetitus, ille nolens, quare tempora addi libuit, intra qua domicilij index ex alterius negligentia cognitionem resumeret.

XII.

ET si le delict est commis en foire ou marché, ou la chose desrobée ou rauie soit portée ou menée audit marché ou foire, pour y estre vendue & exposée, la cognoissance en appartiendra au iuge dudit marché ou foire, s'il n'y auoit preuention & poursuite continuelle faicte par le Iuge dudit delict, iusqu'ausdits foire & marché: si le delinquant n'estoit Clerc priuilegié, comme deuant.

1 Et la chose desrobée fut portée. *Negant iurisconsulti assidua contractatione fieri furtum, hic tamen domino nundinarum cognitionem tribuit, quia nundinis intulisse rem furtiuam quodammodo commercij publici fidem violat, cuius conseruatio ad dominum pertinet.*

XIII.

SI aucun delinquant est pris hors du lieu ou distroict ¹⁴ du delict & de son domicile, par autre iustice, & apres l'auoir intimé aux iuges des lieux du delict & domicile, iceux Iuges ne le vouloient retirer pour en faire iustice, le iuge qui l'a apprehendé en pourra & deura faire iustice, & le punir selon le meffait, & qualité du delict: si le delinquant n'est Clerc priuilegié, comme deuant.

XIIII.

SI le Seignêur inferieur ou sa iustice estoit negligent de faire son deuoir d'informer & decreter dans quinzaine, à compter du iour du delict commis, le Seignêur superieur en cognoistra, sans qu'il soit tenu en faire aucun renuoy, s'il n'en est requis dans ladicte

quinzaine.

Ordinatio Castrobrientiana ad effectum deuoluenda iurisdictionis ad superiorem ogdoadem tantū exigebat, hīc amplius statuitur, & de iure valde futura erat controuersa hac quæstio, nisi hīc esset decisa, de quo nos in notis, art. 31. verbo elle cognoistra.

XV.

15. V N Sergent delinquant & forfaisant en son office, est iusticiable de la iustice du Seigneur duquel il est commis, ou de la iustice superieure. Et où il prendroit faulse qualité de Sergent, seroit puny par le iuge du delict, comme il est cy dessus.

Par le iuge du delict.] Aliter quàm in veteri, qua cognitionem tribuebat iudici domicilij: hīc index delicti intelligitur, apud quem apparitor falsa renūciat.

XVI.

17. S I le Iuge a condamné aucun, & ne trouue biens du condamné, dans son distroit & iurisdiction suffisans pour mettre à execution sa sentence, il peut requerer le Iuge au distroit & iurisdiction duquel le dit condamné ha biens: Et est le iuge qui est requis, tenu obeir au requisitoire, s'il luy appert sommairement que la condamnation soit donnée par le Iuge compétant: autrement ne seroit tenu y obeir.

XVII.

18. L E s parties peuuent librement compromettre de leurs differents en telles personnes que bō leur semble: fors & excepté en leurs Iuges ordinaires, qui ne peuuent estre arbitres entre leurs subiects.

Cum hic articulus in disquisitionem venisset, institimus, ut hac exceptio de iudicibus ordinariis tolleretur, qua à male percepto iuris Romani sensu manasset, nec (ut loqui iuriconsulti scholastici solent) haberet vllum bonum motiuum rationis. Quid enim interest, qua arte dissidentes iudex componat, si quod iuriconsultus ait, nil aliud agit, quàm ut componat repugnantes pro potestate, an conciliatos ex beneuolentia, cum ad instar iudiciorum arbitria redacta sint, ut utrobique cognitio-

ne fungatur, nec hodie minus appelletur ab arbitrorum sententia quam iudicium: quae validissima veterum ratio fuerat, quo tempore appellationes non recipiebantur, etsi verum fateri volumus, quid interest inter iudicantem ex prorogatione partium cognoscentem, qui iudex inter partes futurus non erat, & arbitrum, cum uterque à partium consensu assumat potestatem iudicandi. Exstitit qui mihi contradiceret, rogatus causas dicere, attulit tritas illas quidem, sed eas sic nihili, & frivolas, & tam longè petitas, ut planè haberet salo. Dixi id, quod erat malè perceptum iuriconsulti responsum, unde veteres reformatores excerpserunt homines semidocti vetustissimi scripti authores. Respondi obiectis: dixi iam olim Accursii temporibus totius orbis consensu abrogatam hanc de iudicibus ordinariis sententiam, testes citavi repudiati iuris Canonistas omnes, ipsum Accursium, & iuriconsultos scholasticos omnes, quos in notis memoravimus. Lewis hac cogitatio ordinibus visa est, & describi passus veterem articulum rati in eo non multum esse momenti.

XVIII.

Et ne peuvent lesdicts Arbitres executer leurs sentē- 19.
ces, sinon qu'ils eussent les choses contentieuses en leurs mains, pour les bailler à la partie, qui obtient gain de cause.

XIX.

Les Iuges ne tiendront leurs iurisdiction, ne feront 20.
exploits de iustice de nuit, & tiendront leurs iurisdiction, ples & deliurances és lieux suffisans, honnestes, & à ce deputez. Et aussi ne feront les Sergens exploits de iustice, de nuit: si ce n'estoit pour forfait & delict, ou autre cas requerant celerité.

XX.

Quand on fait outrage au Sergent exerçant son 21.
office, & qu'il crie & demande ayde, les subiets qui le pourront ouyr & secourir, & ne l'auront fait, sont punissables & amendables, selon le meffait.

XXI.

SERVENT executant ou exploitant pour son Sei- 22.

gneur, ne peut demander aucun salaire, sinon qu'il y eust vne bannie & commandement fait au profne de grand' Messe, à tous les subiects, de payer les rentes deuës au Seigneur : ² & outre sommation particuliere par escrit. Auquel cas les executiõs & autres exploicts de iustice, seront faiçts aux despens des subiects, si par l'euenement ils s'y trouuent auoir induement refusé de payer, si le Sergent n'estoit feodé, lequel n'aura aucun salaire. Et si le Seigneur, apres ladite bānie & sommation, faisoit exploicter par autre que par son Sergent, il n'aura autre salaire que celuy que deuroit auoir sondit sergent. Et quand iceluy Sergent exploictera pour autre que le Seigneur, il aura salaire raisonnable, ³ s'il n'estoit feodé. Et si les subiects faisoient entre eux exploicter par autres Sergens que ceux dudit fief, ils ne pourroient pretendre repetition de plus grand salaire que celuy qu'eust deu auoir le Sergent d'iceluy fief, si n'estoit en cas de refus du Sergent dudit fief.

Hic valde pugnatum est inter ordines : accusabat nobilitas subiectorum contumaciam, tertius ordo dominorum inclementiam & aucupia, & receptorum & firmariorum (vt loquuntur) qui hac occasione multa malignè, multa rapaciter designarent, adeoque adoleuerat contentio, vt perfici decretum vix potuerit.

² Et outre sommation particuliere.] *Dixi sine exemplo esse generali denunciationi adiici particularis necessitatem, cum particularis vtriusque vice fungatur, & contumaciam perficiat : quare sine causa grauari dominorum conditionem, cum presertim sui sint talibus debitis feodalibus dies appositi ad solutionem plerisque addita mulcta : & nimium multa hic ambages texuntur.*

³ S'il n'estoit feodé.] *Incauta exceptio : nam infeodationis causa valet inter dominum & vassallum, vassallos inter se non respicit. si quid ipsi inter se negotij habeant, qui minus solita salaria exoluant : & hic ille casus ponitur extra dominorum causam.*

XXII.

23. N. V. L. n'est tenu respondre, ny proceder en iugemēt,
s'il

s'il n'ha adiournement.

Sed quo in consuetudinis scriptum notissima iuris regula.

XXIII.

NVL terme n'est competant s'il n'est assigné de trois 25.
iours francs pour le moins, qui sont sans comprendre
le iour de l'adiournement donné, & celuy de l'assigna-
tion, exceptez les cas qui ensuiuēt, scauoir du meffait
du iour, ou du fait d'entre marchans passans, ou du fait
de marché ou de foire, dont la iustice peut faire expé-
dition de iour en iour, & d'heure en autre, ou de mef-
faict commis entre les assignations & termes pendans
entre les parties, ou de spoliation de biens, dont la pre-
miere assignation peut estre faicte du iour au lende-
main, s'il n'y a feste.

T Trois iours francs.] *Vetus pugna iurisconsultorum ab eo, an dies termini computetur in termino, cuius quesiti locos colligit Tiraquellus: sic tamen ne quid inde certi possis conficere, tam perspicue pugnant ipsorum quoque veterum auctoritates. Nunc denique cur deterior opinatio placuerit, valde mirandum, cum auis atausque contraria placuisset, quod vetus scriptum passim ostendit: quod nos pridem sic rationibus exegimus, ut qui contradicerent, nil afferrent prater obstinationem, & vnius Platonis liber, qui Crito inscribitur, conuincere poterat, tertium dici qui tertius numeratur à primo, quo tertio die ex quo nauis Delo appulisset, Socrates esset supplicio afficiendus admonitus à demone suo. versu Homeric. Sed ista olim fusius.*

XXIII.

EN toutes causes l'adiournement en premiere assi- 26.
gnation est competant, quand il y a huiet iours d'inter-
ualle, & que celuy qui est adiourné n'est en distance de
plus de trois lieuës: & au dessus de dix lieuës, y aura
quinzaine: & au dessus de vingt lieuës, trois sepmaines,
s'il n'y a autre conuention entre les parties. Toutes
lesquelles assignations seront franches, comme il a esté

di& des troisiours cy dessus.

XXV.

27. SI l'adiournement est fait au domicile, aux gens y est& , en l'absence de celuy ou ceux qu'on veut adiourner, & à la premiere assignation celuy à qui aura esté fait sçauoir l'adiournement, iure qu'il n'a veu l'adiourné depuis l'adiournement, il aura vn delay pour le faire comparoir.

XXVI.

28. EN toutes actions le Seigneur peut retirer son subiect de court superieure, és cas dont le Seigneur ou sa iustice peut auoir cognoissance: & se fera le retraits dudit subiect de degré en degré. Et si le Seigneur ne le retiroit, pour ce n'aura-il perdu sa iustice en autre cas. Et en causes de douiaire, n'y d'officiers delinqu& en leurs offices, n'y a retraits à Cour inferieure.

XXVII.

29. EN matiere d'arrest ou de plegem& par Cour superieure, le Seigneur peut retirer son subiect, ores qu'on pretende infraction d'arrest, ou attentat de plegement auoir esté faits par le subiect. Et s'il se trouue infraction ou attentat, le Iuge inferieur condamnera l'infrauteur en l'am& de enuers la Cour superieure: de laquelle am& de sera tenu certifier & rapporter au Iuge superieur.

XXVIII.

30. SI le Seigneur veut pretendre plus grand deuoir luy estre deu par son subiect, que le subiect n'aduou& & reconnoist, iceluy subiect peut decliner la iurisdiction de sondit Seigneur, & aller à la iurisdiction superieure.

XXIX.

QVICONQVE propose exception, ou faict autres exploits empeschant proceder au principal, s'il en est vaincu, cela vaut deffaut au principal. 32.

XXX.

LES iuges qui induëment & iniustement taxent, & font leuer amendes, sont punissables de peine arbitraire, iusqu'à suspension ou priuation de leurs offices, & plus grande, si le cas le requiert. 33.

XXXI.

TOUTES personnes mesprenans sciëment en leurs offices, és choses qu'ils doiuent garder, seront punies sans dissimulation, selon le cas ou meffaict. 34.

XXXII.

ET doiuent respondre du meffaict mis sur eux, & des doleances sur le champ, sans autre adiournement, au cas qu'ils seroient officiers au temps de la doleance, & sans retrait d'autre Cour, toutes dilations & pleidoiries cessantes. Et s'ils sont hors de leurs offices, sont tenuz respondre desdits malefices & maluerfations en les adiournant. 35.

XXXIII.

ET doiuent les Seigneurs s'informer, & s'enquerir souuent & secretement du gouvernement de leurs officiers en leurs charges & offices, s'ils font aucunes oppressions sur leurs subiects. 36.

XXXIIII.

ET si deffaut est trouué esdits officiers, ou s'ils mesprennent en leurs offices, lesdits Seigneurs sont tenus leur faire reparer, ou le reparer eux mesmes, & en des- 38.

dommager les parties, & amēder à iustice superieure.

XXXV.

37. LE Seigneur ne doit refuser ne differer de faire iustice par luy n'y ses officiers, chacū en son regard. Et s'il y failloit, il per droit sa iustice & iurisdiction, specialement en celuy cas, s'il en estoit repris de la iustice superieure.

XXXVI.

39. Si le Seigneur subiect, & ses officiers vouloient cognoistre des faits & droits qui appartiennent au Seigneur superieur, ledict Seigneur subiect le doit amender. Et si c'estoient ses officiers, seulement en ce cas, & autres qui seroient contre le serment de fidelité deu au Seigneur superieur, pourra ledit seigneur subiect desaduouër ses officiers, s'ils n'auoient mandement special de luy.

XXXVII.

40. IVC E ou autre officier de iustice, qui est prouué par iure est infame, & incapable d'estre iuge, & auoir autre office public.

XXXVIII.

45. LE Seigneur peut poursuiure ses hōmes par sa Cour, pour les choses qui luy touchent: sçauoir, pour les deuoirs de son fief, pour le meffait & mesdict à ceux qui sont en sa garde, ou qui viennent prendre droit par sa Cour, ou qui contreuiennent aux commandemens & defenses faites par sadite Cour, qui attentent contre ses plegements & arrests, qui troublent & rompent son marché ou foire, ou son brandon, ou semblable cas.

Intellige si modo debiti causa in controuersia non sit, ueluti cum solutum proponitur, aut diem non cecisset: his casibus debitum antecessisse in confesso est: nam si

debitum ipsum negatur, spectandum ius, ex art. 28.

XXXIX.

ET quant aux meffaits ou mesdicts faits par les sub- 45.
iects & par les hommes d'autres iurifdictions, au Sei-
gneur, ses femme, enfans, ou domestiques, en son di-
stroi&t & iurifdiction, ledi&t Seigneur ou son Iuge les
pourra poursuiure iusques à capture leulement, sans
qu'il les puisse retenir plus de vingt quatre heures a-
pres ladi&te capture faicte: ains sera tenu les renuoyer à
la iustice superieure.

*De hoc articulo valde pugnatum est inter ordines, cum consuetudo domino co-
gnitionem tribuit de delictis in familiam, & nobilitas contenderet, ut idem in
hanc referretur, & obtineret. Dixi iniquum peti, & auctoritate veterum usus
sum l. senatusconsulto. D. de offic praes. l. qui iurisdictioni. D. de iuri. om. iud. nec
cuiquam tantum permitti debere: in quo mihi vehementer est repugnatum, &
quidam de iurisconsultis errorem aluere, nec ante aequum obtineri potuit, quam
admoniti sunt idem ius in caput suum recidere, nec tantum considerare ipsos debe-
re quid in alios posse vellent, sed etiam quid alij in ipsos: nam neminem non suum
habere dominum, cuius si potentiam alerent, fore ut quandoque constituti pænite-
ret, & insignes quorundam iniuriam praetextu talis iuris memorabatur, magno exē-
plo non recte de legibus censere eos qui se ipsi legibus non subiaci existimant, & le-
ges dicunt, quas non accipiunt ipsi. Hoc dicto conticuere, & ius valere permiserunt.*

XL.

COGNOISTRA aussi le Seigneur ou son Iuge des 46.
choses qui ne touchent son fait, & neantmoins appar-
tiennent à son office: comme faic&t de crime commis
en sa iurifdiction, soit à denunciation de partie, ou
sans denunciation.

XLI.

NVL ne sera cōtrain&t respondre en causes d'herita- 48.
ge deuant le iuge du Seigneur, qui veut retirer à foy ou
à son hoir l'heritage contétieux, si celuy qui seroit cō-
uenue, ne l'auroit accepté à Iuge: auquel cas ne pourroit

ressortir à Cour superieure, si n'estoit de grief fait
depuis l'acceptation.

Ne l'auroit accepté.] *Nollem additum: nec talis acceptatio obstringere de-
buit aut incauta, aut stulta.*

XLII.

49. A VSSINE peut le Seigneur poursuiure son homme
proche, ou arriere, par la Cour, des obligatiōs & con-
tracts que le Seigneur diroit auoir faitts avec son hom-
me, d'autres choses estranges qui ne toucheroient l'of-
fice ou le fait du Seigneur: cōme exploict de la Cour,
amendes, ou autres cas, dont est dict, que le Seigneur
peut poursuiure son homme par la Cour, s'il ne l'auroit
accepté pour luge,

XLIII.

50. LE Seigneur n'a aucune iustice sur son mestayer ou
cēsier, si n'estoit de cōtract fait par la Cour, ¹ avec sub-
mission & prorogation expresse, ou de meffait com-
mis ² en la iurisdiction, s'il n'a autre seigneurie & iu-
risdiction sur luy.

1 Avec submission expresse.] *Non fuit in veteri, sed hic additum, ne quis hoc
casu satis esse putaret tacitum consensum, qui fit per processum saepe ab incautis.
opus est igitur expresso consensu, alioqui & restitui quis potest contra tacitum con-
sensum.*

2 En la iurisdiction.] *Nam alia causa est delicti in loco domanj dominici
facti, nec enim dominus potest in se agere, aut iurisdictionem exercere super do-
manio suo, quod ab alio tenet veteri regula, Nemini res sua seruit.*





DES DROICTS DV PRINCE ET AVTRES SEIGNEVRS, ET DES AIDES COVSTVMIERES,

TILTRE SECOND. XLIIII.



V Roy, Duc, seul appartient bailler sauuegarde,

51.

XL V.

Av Roy, Duc, seul, & à ses Iuges appartient la cognoissance de monnoye: & peuvent auoir la cognoissance sur toutes personnes, soient Prestres, Clercs priuilegiez, ou gens de religion, comme dict est au precedent.

52.

Comme dict est au precedent] art. 7. supra tit. precedente.

XL VI.

TRESOR d'or ou d'argent trouué en terre par le bechement ou ouuerture, est au Prince, s'il n'y a poursuite. Et si terre n'estoit bechée & ouuerte, ce qui est trouué, doit estre rendu à la iustice de sur les lieux pour le faire bannir, & rendre à qui il appartient.

53.

À Contre desquestum... C. de... lib. 10. n. 7. ... De lib. diuisione... fin. ff. de iure fisci... Senatus lib. 7. ...

XL VII.

CHOSE trouuée doit estre gardée par quarâte iours, & durant ledit temps doiuent estre faictes trois bannies par trois Dimenches consecutifs apres la grand Messe de la parroisse où la chose a esté trouuée, & vne fois au prochain marché. Lesquelles bannies seront verifiées du Iuge du seigneur du lieu: & apres lesdicts

58.

+ Jani 2. ... n. ...

quaranté iours & bannies deuément faictes & veri-
fiées,² le Seigneur qui a haute iustice sur les lieux, la
peut exploicter & en retenir à luy les deux parts, & en
bailler l'autre tiers à celuy qui l'a trouuée, tous despens
& mises preallablement payez sur icelle. Et si parauant
qu'elle fut despendue, ou que lesdicts quarante iours
soient passez, aucun aduouë & verifie la chose sienne,
il l'a doit auoir & recouurer quelque part qu'elle soit,
ou l'argent qui en sera prouenu, en payant par luy tous
loyaux frais, mises & despens. Et apres ladite chose des-
pendue, lesdits quarante iours passez & bānies faictes,
verifiées comme dessus, le seigneur ny autres³ ne serōt
tenus respondre de ladicte chose: & celuy qui l'exploic-
teroit sans garder la forme cy dessus, ⁴ chet en crime.

1. Bannies seront certifiées.] *Additum ultra veterem propter fraudes apparitorū: nec tamen exigendum, ut hæc certificatio in iudicio fiat, & sufficit de plano apud iudicem fieri, sic ut inde testatio fiat.*

2. Le seigneur qui a haute iustice.] *Notandum hic bonorum vacantium possessionē ad altum iustitiarium deferri, bona bastardorum ad medium iustitiarium, art. 437. de herētiis ad quoscumque iustitiarios. Sed hic valde animaduertendum quod alibi diximus, exclusionem iuris alieni non fieri nisi edictis alti iustitiarij, quod nos dixim⁹ in rubrica de Appropriim. nec tales actus ad alios deferri, idēoque nec bannimenta herediorum multo min⁹, propter magna rerum momenta.*

3. Ne seront tenus respondre.] *Nisi quidem adhuc pretium extaret.*

4. Chet en crime. *Furti scilicet, quod in re est traditū. Theologi talia in elemosinas impendi volunt.*

XLVIII.

57. IL n'appartient à aucun auoir iouissance de choses esgarées, s'il n'a haute iustice aux lieux où elles ont esté trouuées.

XLIX.

54. LES Seigneurs qui ont iurisdiction sur les hommes
631. en leur terre, doiuent garder & bournier les voyes &
routes

routes qui ne sont de ville marchande à ville marchande: & tous les autres chemins sont en la garde du Prince. Et les seigneurs doiuent mettre les deniers de leurs amendes pour reparer & amender les mauuais chemins. Et s'il n'y a deniers d'amende, pourront les iuges desdits seigneurs contraindre les possesseurs des terres voisines de contribuer à la reparatiõ desdits chemins, si lesdicts seigneurs ou autres n'y sont d'ailleurs tenuz & obligez.

1 S'il n'ya deniers d'amende.] *Addendum monui, ut in omnes casus tam utilis cura subsidia comparentur, quorum excusatio ab inopia dominis locorum quaritur, & interim magno labore communicatur, magna molestia annonæ importatur urbibus.*

2 Si les Seigneurs.] *Hoc quoque additum ultra veterem, quia plerique dominorum ad eos sumptus tenentur lege, ut qui olim à principibus in eum usum pedatica, odæporica, portoria obtinuerunt lege viæ, aut pontium muniendorum.*

L.

AVCVN n'a cognoissance de punition de feu, si n'est le Prince, ou les 2 anciens Barons en leurs baronnies. 55.

Diximus in historia nil usquam iure consuetudinario scripto quidẽ Baronibus tributum amplius quam ceteris altis iustitiarijs, nullum symbolum præterquam quod hoc articulo est constitutum de delictis, quæ ignem habent pro pœna, & partagia Assisæ Gausfredi: tametsi illi multum olim de principum potestate delibarent, sed de eo nulla lex extabat, ut cum gratiam criminum facerent, duella constituerent, focagia participarent cum principe, edictis & legibus condendis interessent, paci & induciis publicè paciscendis, & quæ alia ad summe rerum notas spectant. Sed hæc sine lege.

2 Anciens Barõs.] *Hic quidẽ obiter perstringuntur nuper nati, ne talia possint.*

LI.

DE toutes les noblesses, qui sont deuës au Prince seulement (non obstant qu' autres aient accoustumé à en vsfer) ils n'en iouïront, s'ils n' auoient tiltre certain. 56.

Comme bris, brefs, droicts sur les nauigeans en mer, sauuegardes d'Eglise, & alijs quæ nos in Notis. Sic fiet ut nulla possessio patrocinetur postulatæ à regio procuratore, & statim ab initio litis interdici possit usus talium pen-

D

*dente lite, contra ius regulare. l. res que in controuersia. D. de iur. fisc. est enim
hac valde singularis summi imperij nota.*

L II.

59. SI aucune chose tenue en fief est vendue, les ventes
68. en appartiennent au prochain Seigneur, ores que le supérieur eust droict de bannies sur ladicte chose sinon qu'elle fust tenuë comme iueigneur d'aisné: auquel cas les ventes appartiennent au prochain Seigneur lige.

L III.

60. ET si le vendeur de quelque chose tenuë en fief, a fait maisons, ou qu'il ait bois de haute fustaie, tenans lieu d'immeuble, & il vend l'heritage à l'vn, & à l'autre les edifices, bois & superficies, en fraude des ventes deuës au Seigneur, il sera payé des ventes du tout.

1 En fraudes des ventes deuës.] Ad lendum censui, quia potest accidere ne laudimms locus sit etiam in terminis huius articuli, si forte vendita sylua sine meditatione vendendi fundi, postea fundus vendatur contingenter, & citra consilium fraudandi. diximus in Notis, & placuit induci in textum.

L IIII.

61. CELUY qui engage ses heritages, & apres les vend
1 & fait entrer le prix de l'engage en la vente, il doit payer les ventes tant de l'engage que de la vendition.

1 Et fait entrer le prix.] Hoc quoque ex Notis: nam simplex & indefinita dispositio non semper nec in omni subiecto esset vera, sed tum demum cum pecunia prius mutuo sumpta transfunditur in pretium rei vendita: nam posset accidere, ut antichresi resoluta per solutionem debiti, postmodum pradium bona fide novo contractu ex interuallo distraberetur.

LV.

62. ET s'il aduient qu'aucun baille son heritage pour iou
63. yr des fructs d'iceluy, en payemēt des deniers pris par le bailleur ou autremēt à titre d'égage qui passe neuf ans, vêtes sont deuës: & s'il ne passe, vêtes ne sont deuës.

Illud quoque valde id quidem notandum monuerim appropriementorum ius, quod per bannimenta queritur, ad merum imperium pertinere: id ego cum scripsissem priore libro, fuit qui requireret auctoritatem dicti, cum alio iure in suis rebus se uti diceret. Dixi id ius non esse appellandum, quod ille in rebus suis priuatim faceret domi, sed si auctoritatem exigeret, scrutaretur scripturas, & veterum libros, in his reperiri eos actus omnes, per quos quis non vocatus specialiter & auditus iure suo priuaretur edicto, ad merum imperium pertinere, & à potestate maiore pendere, qua à mero imperio decurrit, nec cuius competere, nec a consuetudine aliis tribui quam imperium habentibus per dictum Theorema: dicti exemplum, & auctoritatem extare ostendi art. 47. & 48. in quibus acquisitio rerum repertarum per bannimenta aliter non competere quam posita alta iustitia, quod multo magis in acquisitionibus, & contractibus voluntariis habere locum debet, qui accedentibus bannimentis & solemnibus omne omnium interesse, & omnes actiones excludunt, etiam si nemo in specie vocetur: ideoque cum tanti momenti sint, ad actus simplicis, aut media iurisdictionis non pertinent, sed imperio referuantur, quod doctores tradunt. l. rem que nobis C. de acquir. poss. Nec ignoro à multis prædiorum dominis ista aliter usurpari ambitiosè, & contra ius, ut pleraque eius generis, eoque magis licenter, quod in Britannia necdum vlla descriptio extat eorum actuum, qui ad mixtum merum ve imperium pertinent, ex quo fit, ut pro libidine quisque sibi tribuat, qua cuiusque gradus sunt, sed (quod fatendum sit) sine iure dissimulantibus regis, & fiscalibus dominorum procuratoribus promiscua usurpatione, & fore tempus quandoque auguror, quo ista ex actius in suos gradus redigantur. Rem gestam narrabo. Cum de reformanda consuetudine ageretur, postularunt à me ordines, ut ego meri, mixtique imperij, & simplicis iurisdictionis notas, actusque describerem, cum illi nusquam descripta lege quidem domestica reperirent, & dicerent vulgo talis iuris usum ignorari, omnium vicina consuetudines diligenti cura talia in classes suas, terminosque rede-gissent. Parui lubens, & è iure Romano. & interpretum iuris sententiis, tum externarum consuetudinum statuta descripsi, qui actus cuiusque gradus proprii viderentur quemquam in classem redigi oporteret, & scripto exhibui ordinum deputatis: ubi legerunt & domestica sua quisque furta deprehendit, si illa descriptio obtinisset, conscientia percussi priuatim quisque mussare, & in aurem alter alteri insurrare ceperunt: omitti ista satius est, quam curiosus exerceri, & his carere possumus. Nam cui non aliquid, cui vero non multum de usurpatis decedit, si ista obti-

DES APPROPRIANCES

ment: nobis nihil mouendū, ut antur posteris, ut libebit: & de illis quidem, ego (ait) appropriamentorum iure semper usus sum, nec unquam merum imperium habui, & alius, ego & notarios creare soleo, & inventaria scribere, nec unquam mixtum habui: hac mihi, hac tibi pereunt, si ista valere sinimus. Denique re sepius communicata, & scriptum suppressere, ac ne referri quidem de eo in cætu ordinum passi sunt, & mutum periculum veriti omnibus errorem indulgere: ex quo ista in Britannia in promiscuo usu habentur, nullo iure, ordine nullo, publico errore ius faciente: re vera quanquam non vocatum non auditum in specie & sigillatim, per proclamationes excludere iure suo ad maioris imperij ius pertinet, etiã si omnes aliter docerent, aut abuterentur.

CCLXIX.

265.  N se peult approprier de tout heritage ou
 268. autre chose reputée immeuble, soient seruitudes ou autres droits reëls, par tous contracts & tiltres receus de droit & de coustume habiles à transferer seigneurie, acquerant lesdicts heritages, ou droits de celuy qui est saisi & actuel possesseur, en son nom par luy, & ses auteurs, par an & iour: prenant ledict acquererur possession actuele en vertu desdicts contracts & tiltres. Et faisant apres la dicte possession, trois bannies tant dudict contract que de la prise de possession par trois Dimanches consecutifs sans interualle, incontinent apres l'issue de la grad' Messe, en la congregation du peuple, à haute & intelligible voix, aux lieux accoustumez, en la paroisse ou paroisses, où les choses acquises sont situées. Par lesquelles bannies fera saicte expresse declaration, par quelle cour soit prochaine ou superieure, l'acquererur entend s'approprier: & faisant ledict acquererur rapporter, & certifier lesdictes bannies en iugement des prochains plaids generaux subsequens lesdictes bannis, deuant le Iuge du lieu, où sont lesdictes choses situées,

par le Sergent qui a fait lesdictes bannies, & deux records, ou par deuant le Iuge superieur, selon la declaration portée par lesdictes bannies en l'endroit de la menée & obeissance du fief, dont les choses sont tenues, si obeissance y a. Laquelle certification de bannies se fera en iugement l'huiétaine apres la derniere bannie pour le moins: & sera ladicte huiétaine fraîche, sans cōpter le iour de Dimanche de la derniere bannie, ny le premier iour desdicts plaids.

Nihil in toto iure patrio magis momentosum hoc articulo, & articuli dispositione. Totum ius, ait Iurisconsultus, consistit aut in acquirendo, aut in conseruando, aut minuendo l. vlt. D. de legib. Hac huius articuli materia est. Itaque nihil est, quod rixosi pragmatici, aut qui aliena fortuna inuident, curiosius conseruentur, & lancinent. Quare magna omnium utilitate accidit, quod decem ante hanc reformationem annos, commentarios satis quidem illos copiosos in hoc ius titulumque scripseram, deductos de veterum tribunalium vsu, & obseruatione, cum nemo pene tum superesset de antiqua iurisprudencia, qui ista aut nosset, aut recte calletet: ex quo facem primis obscura, & ignorata materia præferre necesse habui: ut vero hic titulus occurrat, multum omnino negotium facesiturus erat reformationem aggressis, nisi materia subacta cogitationes cuiusque adiunisset, quod opus doctissimi quique, & in palatiis & scholis probarunt, ex quo hic articulus sigillatim, & ~~retracta~~, ut loquuntur, cōpactus est expensis veluti ex trutina verbis quibusque ad scriptas ex libro demonstrationes. Quod ut planum omnibus fiat, locos e scripto indicabimus, quæ ordines probarunt, commissarij sciuerè.

1 Approprier.) *Quæ sit vis verbi dixi in rubrica eius tractatus de appropriementis.*

2 D'heritage.) *dixi articulo, 265. verbo d'heritage, eodem libro.*

3 Seruitudes.) *dixi articulo, 271. verbo sans tiltre.*

4 Par tous contracts.) *dixi art, 265. verbo par achapt, & art. 266. verbo par quelque tiltre.*

5 Receuz de droit.) *Hæc verba fuerunt apposita ad præcidendas dubitationes, quæ quidam imperiè de titulo pro hærede faciunt, & de titulo pro suo, qui cum in ius recepti sunt, consuetudinis quoque auctoritatem relatiuè addere placuit.*

6 Et de coustume.) *Additum propter domania congedialia, & titulum dimissionis, cum dominia perpetuo transferunt, & a solo iure consuetudinatio manant.*

7 De celuy qui est saisy.) *Diximus art. 265. verbo possesseur & saisi.*

8 En son nom.) *Diximus art. 265. epigraphe, de interuersis possessionibus.*

- 9 Par luy & ses autheurs.) *Diximus art. 271. verbo par il & ses predeceffeurs, & art. 265.*
- 10 Par an & iour *Diximus art. 265. verbo, de celuy qui est possesseur.*
- a Possession actuelle.) *nos articulo. 265.*
- b En vertu des contractz.) *nos art. 265. num. 30. & 31. verbo. & faisi.*
- c Trois bannies.) *nos art. 265, verbo que bannie.*
- d Par trois Dimanches. *nos art. 265.*
- e Sans interualle.) *nos art. 265.*
- f Aux lieux accoustumez.) *art. 265.*
- g Ou les choses sont situées.) *dicto art. verbo ou par cour.*
- h Rapporter & certifier.) *nos art. 268. verbo certification.*
- i Aux prochains plaids.) *art. 268.*
- k En l'endroit de l'obeissance. *dicto art. 268.*

l Huiétaine. *art. 268. Sed hæc tamen descriptio ogdoadis pernicacia quorundam obtinuit, cum etiam cæcis appareret alium veteris fuisse sensum, cum ogdoades priores à die ad diem eundem computarent veteri recepta, & certissima veterum observatione, hoc est, à dominica ad aliam dominicam, nec diuersa in ultima quam prioribus computatio faciendâ esset: quod si consuetudinis prisca reformatores voluissent, haud dubiè expressissent, & veteris iuris theoremata extet, quo aperte refelluntur, quoties unum & idem verbum veniat ad determinationem plurium determinabilium, eadem equaliter determinare debere. Quare diuersi temporis ogdoades nequaquam cèsendæ erant, sed equaliter determinari, ut sic insidiæ ex formulis contrahentibus tenderentur, quæ penè nimium multe & onerosæ commerciis hîc sunt conquesta.*

CCLXX.

268. APRES la certification deuëment faicte, ne sera receu aucun opposant: ains sera l'acquerer approprié.

Addenda quæ de certificatione dicimus, & excludendis oppositionibus.

CCLXXI.

266 Si aucun acquiert heritage ou droits reels par quelque tiltre ou contract que ce soit, & la possession reellement prise, il en ait faict vne bannie, dont il ait informé en iugement huiétaine apres en la forme que dessus, & depuis le tienne & possede notoirement par le temps de dix ans, il sera du tout & enuers tous approprié: & ne luy nuyra d'auoir faict plusieurs bannies.

1 Du tout & enuers tous.) *Ista verba tam vniversalia, & absoluta bonæ fidei necessitatem præfractè excludunt.*

2 Et ne nuira.) *Monente me additum propter vitiligationes ad retundenda præpostera ingenia, quæ ex illo problemate, Quod potui nolui, quod volui non potui, putabant, si plura essent facta vno bannimento solemnitate omnium præfractè constare oportere, veluti spreto hoc iure acquirens aliud spectasset. Sed nos dubitationem inutilem præcidimus.*

CCLXXII.

TOUT acquereur ayant tiltre en vertu duquel il a 266
possédé actuellement & notoirement quinze ans entiers & accomplis, par luy & ses auteurs, à compter du iour de la possession prise sans interruption, sera vers tous, & contre tous approprié.

Hic præscriptio quindecennij cum titulo statuitur corrigendo decennalem & vicennalem e iure Romano: in quo notandum nusquam bonæ fidei consuetudinem mentionem facere, nec scripto quidquam addendum, aut supplendum, quod ex Baldo supra notauimus explosa sententia Canonistarum, vt commercijs noxia, & hæc verba indicant sine exceptione sera du tout, vers tous, & contre tous, quæ sunt verba plenissima securitatis.

CCLXXIII.

Celuy qui iniustement retient le bien d'autruy & 185
l'aliene ou le perd, combien que l'acquereur en fust approprié, si est-il tenu en faire recompense à celuy, qui estoit Seigneur & propriétaire de la chose, ainsi alienée ou perdue: & ce par heritage ou autrement, au chois de celuy duquel l'heritage à esté aliené.

Hunc ego articulum primus de tenebris erui, & in vsum deduxi, cum alienissimo loco lateret sub titulo des despens, ignotus foro. Congruit verò iuri Romano l. seruos C. si vend. pig. ag. & l. i. C. de reb. alien. non alienand.

CCLXXIII.

CEUX qui sont appropriez par bannies d'heritages 269
& droits réels, en la forme cy dessus, sont defendus contre quelques personnes que ce soit, absens, mi-

neurs, & tous autres, sans aucuns excepter : fors & réservé³ contre ceux qui sont hors du Duché, au réps de la certification des bannies, lesquels ont an & iour⁴ pour s'opposer, à compter du iour de ladicte certification, contre lesquels seroit requis que l'acquireur eust tenu lesdictes choses paran & iour⁵ sans empeschement, apres ladicte information & certification de bannies.

Modis omnibus laudanda ordinum & reformatorum sedulitas, & prudentia monitorum, qui tam breui articulo tantum litium, dissidiorum, & opinationum syluam concidère, quam nos articl. 266. ex illo iure congesimus variam, multiplicem, infinitam, incertam: de qua pridem prudentissimus quisque legem optabat, que hic tandem prodiit.

2 Et tous autres.) *Exprimi de ecclesiis quoque conueniebat, sed hæsit calamo dictantibus, & incautis, cum de his quoque reformatores sentirent.*

3 Contre ceux, qui sont hors du Duché.) *hic exprimi conueniebat, an de temporali, aut domiciliaria absentia intelligeret, de quo nos art. 289 & scio vsu receptum, ut de temporaria quoque absentia accipiatur, ex quo illa fraudes cum meditari venditores consulto postquam pradia vendiderunt, aliquem de suis in externas prouincias fraudulentè amandant, ut locum legi faciant, dum pecuniâ cõquirunt redimendo pradio retrahentis nomine, quod manifestè est eludere commercia, & lege fraudibus patrocinari pretextu iuris.*

4 Pour s'opposer) *adde & contester ex art. 278. neque enim diuersum tempus intelligitur statui, ibi enim regula vniuersalis ponitur cuiusque generis oppositionibus.*

5 Sans empeschement.) *id est sans interruption ciuile ou naturelle.*

CCLXXV.

269 Et s'il y auoit dol ou fraude au contract ou aux bannies, competera action non obstant lesdictes bannies & certification d'icelles, iusques à dix ans apres ladicte certification. Et où il n'y auroit bannie,³ ne sera aucun receuable apres les quinze ans, à cõpter du iour du contract & possession prise, à debatre le contract de dol, fraude, ne simulation : & demeurera l'acquireur

(comme dict est) approprié.

1. Au contract ou aux bannies.) *Addendum fuerat, ou en la reconnoissance, quod cum omisum esset, monente me additum est sub titulo des premeffes, de quo nos art. 269. verbo aux bannies: sed articulus editus est, qui est 327. infra.*

2. A compter du iour du contract.) *Additum, quia nuper reperti erant, qui inuita Themide, quindecennium hoc subordinandum putarent decennio, de quo in clausula priori, atque ita retrahentem contra omnium sensum usque ad xxv. annum admisissent ad retractum, in scite, & merito tale iudicium ordines magno consensu repudiarunt.*

3. Ne fera aucun receu à debatre.) *Hic igitur quicumque desipis, disce prescriptionem quindecennalem, qua cum titulo currit etiam data positiua mala fide currere: nam etiam data fraude, dolo, aut simulatione contractus nihilominus prescriptio perficitur, nec quisquam recipitur ad allegandam, aut probandam malam fidem: sileant igitur lusciosi, qui in sole caligant.*

CCLXXVI.

LA forme cy dessus ordonnée pour faire bannies d'heritage, sera vniuersellemēt gardée par tout le pays, quelque vsément local que les Seigneurs & Gentilshommes ayent par cy deuant pretendu en leurs terres, sans preiudice de leurs droits en autre chose.

Hic articulus multum suadente me editus est, ut in re tanti momenti certa & uniformis regula constitueretur tota regione, quod ante monueram, & consulueram faciendum, cum scriberem in art. 265. & si reclamantibus dominis praediorum quibusdam, ne publica utilitati praesextu privati commodi illuderetur: & aliter consuli potest damnum allegantibus, & publici cura potior esse debuit.

CCLXXVII.

LES bannies d'heritages situez en plusieurs paroisses, se doiuent faire en chacune d'icelles: & certifier en la iurisdiction dont les choses sont tenuës prochemēt, ou cour superieure.² Et ou on auroit obmis à bannir en quelques vnes desdictes paroisses, vaudra l'appropriement pour le regard des heritages situez aux paroisses, où les choses auront esté deuēment bannies,

pourueu qu'on ait faict les bannies en la paroisse, en laquelle le chef ou principal manoir de la terre sont situez.

De hoc nos articulo 265: verbo Oû par Cour superieure.

2 Et où on auroit obmis.) *Dici non potest quantum huius articuli materia negotij facesserit bonis, & eruditis, cum quidam obstinate & peruicaciter contenderent contractus esset indiuiduos, ita ut si qua pars omissa esset, totum appropriationum corrueret, quibus nos in appropriationis ex professo sic respondimus, ut nullius negotii in reformando fuerit ordinibus persuadere, ineptè & imperitè hoc casu de indiuiduitate argui, & grandi paralogismo falli huius sententia aut erroris auctores, cum ne indiuiduitatem rectè perciperent, & absurde de ea arguerent, & à principiis omnibus resellerentur. Stetit itaque non magno negotio hic articulus, adiecto si in principalis manerij parocchia bannimenta essent facta.*

CCLXXVIII.

LES oppositions soient² iudiciellement ou extra iudiciellement faictes contre bannies ou appropriationment, ne durent qu'un an,³ à compter du iour que elles auroient esté signifiées extra iudiciellement, ou fournies en iugement, s'il n'y auoit sur lesdictes oppositions⁴ contestation⁵ ou appoinctemēt du iuge à escrire dans l'an qu'elles auroient esté fournies en iugement, ou signifiées extra iudiciellement.⁶ Et où il n'y auroit contestation ou appoinctemēt à escrire dedans ledict temps, demeureront lesdictes oppositions sans effect⁷ d'interruption,⁸ & sans aucun espoir de restitution. Et demeurera l'acquireur approprié: & seront les oppofans deboutez par fin de non receuoir, soit que ladicte opposition⁹ fust libellée, ou generale.

Vtilissima dispositio veteribus pridem valde usurpata, sed non scripta, ideoque imberbi seculo in dubitationem reuocata ad terminanda tempora intendendarum aut prosequendarum oppositionum, & an idem ius de iudicialibus & extraiudicialibus statuendum esset, de quo nos pridem diffuse articu. 266.

2 Iudiciellement ou extra iudiciellment.) *Hac adolescentis fori controuerſa, maior scilicet ne vis esset iudicialis an extraiudicialis oppositionis: nam*

veteres non dubitabant, quippe oppositio natura sua simplex est actus partis, nec quidquam mutat in iudicio interposuisse, cum iudex non interfatur nec partes suas, aut cognitionem interponit, ac ne iudiciarius quidem talis actus censeri debet. Regula autem hic constituitur de forma omnium oppositionum, etiam in casu. art. 274. & 302. qui articuli subiacent huic dispositioni ut vniuersali, siue a die certificationis tempora currant, siue à die oppositionis formata ante certificationē.

3 Vn an à compter du iour.) *siue oppositio ante appropriamenta perfecta siue post intercedat: nam annus à die interposita oppositionis currit, in omnibus & quibuscunque oppositionibus: & ita obtinet vsus, & praxis.*

4 Contestation.) *Contestatio est illa ^{δυσπλοια} que fit ex petitione & negatione id est conflictus ex contradictione mutua.*

5 Ou appoinctement du iuge à escrire.) *in quo ipso actu inest contestatio, cum scilicet iudex auditis partibus & repugnantibus interfatur actorem libellum edere & reum respondere, que verbo ante ipsi sunt professi, hæc ratio & ritus contestandi articulo sequenti additum ou autre poursuite, de quo nos ibi. Sed hic notandum talem actum non sufficere, nisi actor paruerit, & actu libellum ediderit: maior enim esset contumacia non parentis quam omnino iniussi, il faut que le demandeur ayt obey à l'apoinctement: autrement ce n'est rien fait pour interrompre, car la contumace seroit plus grande de n'auoir obey à l'apoinctement, que de n'en auoir du tout point pris. Sed summopere notandum hic textum loqui de his inribus, que appropriamentorum solemnibus excluduntur: hæc enim excluduntur anno post oppositionem, si contestatio non est secuta. Quod si que actiones dicuntur, que appropriamentis non excluduntur, veluti rescissions, que decennio durant art. 275. & 286. & 297. & 280 hoc casu oppositiones interpositæ nulla secuta prosecutione intermoriuntur quidem, sed intra decennium resumuntur actiones possunt, quia scilicet adhuc tempora largiuntur.*

6 Et où il y auroit contestation, ou appointment dans ledit temps) *Terque quaterque notandum, quod hic dicit contestationem fieri oportere intra annum à die denunciatae oppositionis: nec sufficit vllus actus minor contestatione. car il faut contestation ou exploit equipollent à contestation, tellement que pour faire vn tel exploit, on contraindroit vn defendeur à venir durant induces l.i.D.de feriis. vn défaut equipolle cōtestation, cōme aussi si les parties de commun consentement faisoient remeu de la cause à autre iour dict, quia per eas stat quominus contestetur. l. eum qui s. qui iniuriarum D. si quis cautionib. lequel temps le iuge de luy seul ne peut proroger cum in potestate iudicis non sit tempus statuarium: & en ce cas ne suffiroit de donner adiournement & assignation à escheoir apres le temps, & fust il signifié dedans le temps: car il faut contestation entiere & ce dedans le temps dudict an, autrement le laps de temps, &*

l'appropriement exclueroient les opofans.

7 Sans interruption) *Immensum est quod suscipi laboris oportuit, ut hic articulus obtineret: & si perspicuam auctoritatem habebat ab ordinatione regis, qua Ruffilioni edita est anno 1564. Nec acrius de aris & focis dimicari potuisset, cum quidam etiam sublato interruptionis effectu manere actiones vellent, docti iuris & experimentorum legis vim obtundebant, & appropriamento semel perfecto nullas manere actiones, & omnium omnes excludi volebant, nec eas resumi posse, quia appropriementum extincto interruptionis effectu reconualesceret, & retro ageret, perinde ac si nulla unquam interruptio interuenisset oppositione ad nihilum redacta cum toto suo effectu. Res hac per plures dies comperendinata denique consulti meditati que ordines re sepius agitata, & in consilium missa instrere, ut articulus perferretur, quod nisi fieret, ingens fenestra aperiebatur veteriosis oppositionibus insidiatorum ad conuellendas cuiusque securitates, & mirandum cuiquam omnino, cui mens constaret, aduersariam sententiam placere potuisse.*

8 Et sans espoir de restitution.) *Additum ad resellendas cauillatrices sententias, que repererant vitiligari, & currere quidem prescriptiones fatebantur, sed restitutiones dari, quod ipsum erat verbis eludere effectus rerum, de quo nos in appropriim. art. 266.*

9 Soit que l'opposition soit libellée.) *nam erant, qui putarent satis esse ad interruptionem, si actio & petendi causa exprimerentur in citatione in specie, de qua nos in appropriim. latè ubi supra.*

CCLXXIX.

Et au cas qu'il y auroit contestation, appoinctemēt à escrire, ou autre poursuite de l'oposition, si l'instance est discontinuée par trois ans, ladicte instance demeurera perie, & aura l'appropriement son cours.

1 Ou pour autre poursuite.) *nollem additum, & in precedenti articulo factis erat expressum de actu contestationis, aut alio equipollenti, & difficile est hæc verba verificari aliter.*

2 L'instance demeurera perie.) *lapsu scilicet temporis.*

3 Et aura l'appropriement son cours.) *De hoc pugnat ingens ut supra diximus, cum quidam perire quidem instantiam, sed manere actiones vellent, sic facturi ut appropriementi nulla vis, nullus effectus esset: sed vicit meliorum consensus.*

CCLXXX.

270 Et nonobstant lesdicts appropriements, les rentes censives, & autres foncieres, & deuoirs seigneuriaux, qui seront deuz auparauant lesdicts appropriemens

sur les heritages, ¹ ne laisseront d'estre payez à celuy à qui ils estoient deuz.

¹ Ne laisseront d'estre payez.) à l'aduenir, mais les arrearages se prescrirent par temps *ut art. sequen.* & par l'appropriement aussi.

CCLXXXI.

LES deuoirs delods, ventes, rachapts, & autres ²⁷⁶ droits seigneuriaux, qui ne chéent d'an en an, ne se prescrirent, s'ils ne sont escheuz: auquel cas se prescrirent les lods & ventes par trente ans, à cōpter du iour de l'exhibition des cōtracts faicte au Seigneur proche ou son Procureur: & les rachapts du iour qu'ils seront escheuz.

¹ A compter.) *Nobilitatis hac postulatio, ne talibus facile prescriberetur, nec aliter quam ex dominorum negligentia, si ius suum uon essent executi post instrumentorum exhibitionem. Noui iuris constitutum.*

CCLXXXII.

DR OITVRE & seigneurie est acquise à celuy qui à ^{271.} paisiblement & notoirement iouy sans tiltre par luy, ses predecesseurs, ou autres, dont il a cause, par l'espace & laps de quarante ans: laquelle prescription aura lieu ² contre mineurs, absens, communautez, mesmes ³ entre freres & sœurs pour leurs partages.

Hic articulus de prescriptionibus longissimi temporis agit, que sine titulo curant, nec bonam fidem exigunt, ne iure quidem Romano, et canonico

² Contre mineurs.) *congruit articulus 274.*

³ Entre freres.) *ut excluderet dispositionem articuli veteris 275 que diuersum in hoc casu statuebat nulla bona de causa, & eum visum est ordinibus corrigi.*

CCLXXXIII.

ENTRE freres & sœurs, & autres coheritiers le de- ^{267.} tenteur ¹ de l'heritage partagé entr'eux, est approprié par an & iour, sans bannie, au regard de ses coheritiers.

¹ l'Heritage partagé] *Addendum censui, nam communiter possidenti nulla prescriptio posset obijci. Quod si quis solus pro sua rem communem possidet, reunit-*

Action de demande de partage se prescrit par quarante ans.

CCLXXXIII.

præscriptione de cinq ans. 262
de chose mobilière

CHOSE mobilière se prescrit par l'espace de cinq ans, s'il n'y a obligation, lettre, ou promesse par escrit.

Dimidium temporis de veteri decurtatum est, quod sic accipi convenit, cum nulla personalis actio competit, sed vindicatio sola.

CCLXXXV.

273. ACTION personnelle se prescrit par le temps de trente ans: ¹ soit qu'elle compete pour heritage ou hypothèque accessoire à la personnelle, assiette de rente, ou autre chose immeuble: ² excepté les legats faits par testament, lesquels se prescriront par trente ans, à compter du iour de la publication ou notification faite aux legataires.

¹ Soit qu'elle compete pour heritage] *Addendum censui, quia pragmatici complures putabant in talibus præscriptiones immobilium servari debere, quia de re immobili ageretur, quibus pridem responderamus art. 273. verbo action personnelle, quod præcidi expediebat.*

² Excepté les legats] *ex veteri art. 273.*

CCLXXXVI.

LES prescriptions introduictes ¹ & approuvées par la Coustume, ou accordées par les contracts ² & conventions des parties, commencées avec les majeurs, ³ courent contre absens pour quelque cause que ce soit, mineurs, insensés, furieux, prodigues, interdits estans pourueuz de Tuteurs ou curateurs, ⁴ sans aucun espoir de restitution ou relief, sauf leurs recours contre les tuteurs, Curateurs, & autres administrateurs: ⁵ fors & excepté la prescription de dix ans, pour dol, fraude, circonvention, crainte & violence pretenduz aux contracts & conventions faites avec les majeurs. Laquelle prescription ne courra contre les

dicts

dicts mineurs & autres cy dessus nommez, ny mesmes contre les majeurs, que du iour que lesdictes causes de dol, force, & crainte, auront cessé.

- 1 Approuuées par la Coustume.) *Decennales, quindecennales, quadragenaria, & alia.*
- 2 Par les conuentions.) *Qua conuentionales vocantur.*
- 3 Courront contre absens.) *Congruit art. 282. & 274.*
- 4 Sans espoir de restitution.) *Ridenda, res quidem agentibus, iurisprudencia nugatrix, que antico praescriptiones admittit, sed excludit postico oblata in integrum restitutione: sic illi nobis pridem illudere.*
- 5 Fors & excepté.) *Hac exceptio non refertur ad priorem clausulam, ne scilicet currat praescriptio aduersus heredes eorum cum quibus caepa est, quod aperte pugnaret cum articulo 297. qui manifeste cursum eius statuit etiam aduersus heredes: sed intelligenda est in casu expresso in clausula infra posita, ne scilicet currat, quando hares agendi facultatem non habuit propter continuationem, aut superuenientiam cause impeditiua: etsi quidem male apposita est hic clausula exceptiue ad clausulam superiorem per verbum (fors) quod ad sequentia refertur, & de causis impeditiuis statuit, non de qualitatibus impeditorum.*

CCLXXXVII.

LES conditions & graces de réemere accordées par ces mots, *toutefois & quantes que le vendeur ou autre voudra*, se prescriuent par trente ans, à compter du iour de l'octroy d'icelles, qui se verifera par acte ou fermét deféré à la partie seulement.

Hic articulus iuris noui est ad praecidendas veteres dubitationes, de quibus nos late art. 266. Additum valde conuenienter, ne nisi instrumentis probari talis conuentio posset: & nota hic praescriptionem cum mala fide currere, vt initio diximus.

CCLXXXVIII.

ACTION de crime est esteinte tant pour l'intress public que ciuil, par cinqans, prouuant l'accusé son bon nom: s'il n'y auoit plaincte faicte, & information sur icelle, auquel cas y aura dix ans.

274

*Lex Romana in l. l. de
De furtis depun. i. post
quinq. annos quod ad hoc
punitur. s. si quis prociat
2. 1. et l. l. si quis de
f. l. l. de furt. c. 1.*

Additum ad veterem, multum urgente nobilitate ne longior quinquennio actio esset, neue pro interesse ciuili post id tempus actio daretur.

Q

Quae sequentibus articulis sunt comprehensa, explicatius quam in veteri sunt tradita, tum ex ordinationibus regum addita quedam disertius, & illa cavillosa exceptio non numerata pecunia sublata, quod ante scripto libro suaferam art. 280 veter. & omnes probauere.

CCLXXXIX.

277 **Q**UAND aucun Seigneur a accoustumé leuer & vser d'aucuns subsides en sa seigneurie, & qu'un ou plusieurs des demeurans & estans entre les metes dudict Seigneur, & en sa seigneurie, pretendent exemption desdicts subsides, ils sont tenuz de prouuer le tiltre de leur exemption: ores qu'ils diroient qu'ils ne leurs predecesseurs ou autheurs, n'en auroiēt iamais payé aucune chose.

CCXC.

277 **E**T à faute de prouuer leur tiltre d'exemption, le Seigneur en pourra vser comme sur les autres hommes, és lieux circonuoisins, non obstant longue tenuë.

CCXCI.

278 **T**OUT tort faict où eschet amende ciuile au Seigneur, est esteint par an & iour, s'il n'est pour suiuy: & n'est par laps de temps d'an & iour tollu l'interest ciuil de la partie offensée.

CCXCII.

279 **A**CTION d'endommagement de bestes, payement de foyages, tailles, imposts, billots, & autres deniers d'octroy, taux, guets, aydes, & defaut d'auoir moulu à moulin, impositions extraordinaires, salaires, gages & loyers de seruiteurs, de marchandises baillées en detail à autres que marchans de semblable marchandise, seront prescriptes par an & iour, à compter du iour

que l'action compete: s'il n'y a scedule ou obligation par escrit, ou interruption.

CCXCIII.

EXCEPTION de peccune non nombrée, ou de marchandise non liurée, n'aura aucun lieu. Pourra neantmoins celuy qui s'est obligé, requerir & auoir le serment du creancier.

CCXCIII.

ENTRE le Seigneur & homme de foy, longue tenuë ne nuist, ny ne porte preiudice audict Seigneur, qu'il n'ait le retraiët de ses hômes à cour & moulin. Et sera le Seigneur superieur tenu faire renuoy desdicts hommes du Seigneur subiect, à la premiere requeste que luy ou son Procureur en feront audict Seigneur superieur. 281.

CCXCV.

EN contract de chose mobiliere, autre que de transf- 282.
action de quelque somme que ce soit, on pourra, pour iuste cause demander la rescission, en intimant & declarant à la partie dedans vingt quatre heures, qu'on ne le veult tenir. Et si l'vne des parties demandoit la rescission pour deception d'outre moitié de iuste pris, elle n'y sera receuë au dessous de cent liures. Et si le contract excede ladicte somme, pourra demander ou la rescission ou supplément de iuste pris. Et n'est tollüe la redhibitoire, qu'elle ne se puisse intenter, dans quinze iours pour cheuaux: & pour autres choses dans six mois.

CCXCVI.

NE pourront les mineurs estre releuez des contractz

Qij

† Quo tempore Ista Redhibitoria -
actio Iure Cuius etiam concludit
2. 2. C. de Reddit. actum b.

DES APPROP. BAN. ET PRESCRIP.
par eux faicts pendant le temps de leur minorité, apres
l'âge de trente cinq ans parfait & accompli.

CCXCVII.

283. Les rescissions de contractz, distractz, faicts avec
majeurs, fondez sur deception d'oultre moitié de iuste
pris, se prescristront par le laps de dix ans, à compter du
iour desdictz contractz, distractz, & autres actes: &
courra la prescription ainsi commencée contre toutes
personnes, mesmes contre les mineurs, & autres pour-
ueuz de curateurs: sauf leurs recours comme dessus
est dict.

Hic notandum prescriptionem etiam posita mala fide currere.





DES PREMESSES ET RETRACT LIGNAGER,

ET FEODAL.

TITRE SAIZIEME.

CCXCVIII.

PREMESSE est octroyée à tous ceux qui^{284.}
sont de lignage dedans le neuvième degré
du ramage, dont procedel'heritage.² Et se-
ra l'heritage réputé du ramage du retrayant,
³ quand aucun de sa famille ⁴ en a esté approprié, &
faict Seigneur irreuocable ⁵ ores que le retrayant n'en
fust descendu.

*Hic articulus pace bonorum omnium dictum sit, excidit non satis cautis: nam
& veteri consuetudinario iuri ante omnem memoriam recepto, adeoque & na-
tura ipsi repugnat, & iuris regulis. Retinendi sunt termini de lignage, & de
ramage: lignage coniunctio est sanguinis ab eodem stipite manans per gradus
descendentes ad personas usque venditoris & retrahentis; pertinet vero ad per-
sonas. Le ramage descensus est pradij venditi, cuius retractus petitur à stipite
communi retrahentis & vendentis, & pertinet ad rem ipsam. Hoc posito scien-
dum veterem consuetudinē neminem recepisse ad retractum, s'il n'auoit ligna-
ge & ramage coniunctim, hoc est, nisi persona essent coniuncta per stipitem com-
munem, & res retrahenda olim per stipitem eundem communem transisset, &
inde ad venditorem peruenisset. Quantum ad lignagium reformatores nil mu-
tarunt, nec vero poterant: sed cum fingunt ramagium, ubi nullum est, hinc pec-
catum. Nam vulgatum est illud e iure, legem non fingere super impossibili, nec
fictio fit, nisi de possibilibus, & sicuti ius tribui cuiquam nequit, ut fratri, qui
frater non sit, nec eodem patre aut matre genitus, veluti si quaestio esset de intro-*

Q iiij

DES PREMESSES

ducenda tenebra comme iuueigneur d'aisné, il faut qu'en la creation, qu'on presupose pour antecedent necessaire, qu'il y ait vn frere aisné, & vn frere puisné, *alioqui principia actus substantialia deficiunt. Ita Ramagium dici nequit, nisi res in stipite communi radicem fecerit & in ramos deerrauerit. Quod hodie acquiritur ab vno de consanguineis, incipit stipitem facere pro omnibus descendentes deinceps. l. pronuntiatio. D. de verb. signif. Sed talis acquisitio numquam regreditur in gradus ascendentes, nec remeat in stipitem, non magis quam vt succus, qui in ramis est, recurrat in stipitem, quod fieri nequit, nisi tabescente arbore, non magis quam vt flumina recurrant in fontes suos semel emissa; quod hic faciunt contra naturam; debet enim ars imitari naturam. & ramagium permanere à gradu ascendenti, in descendente non è contra. Hoc natura ipsa docet, qui arbores inserunt, cum ramo oculum indiderunt, expectant vt sobolescat, & incrementum ducat à loco insitionis: sed nemo sic insanit, vt existimet ab oculo indito remanaturum in stipitem, nam is de trunco accipere notum est, id est *neque, non dare, nec succus recurrat de oculo, sed incurrit de ramo. Quare per absurdum est, quod hic imaginantur hodie acquisita recurrere in mortuos centum forte ante annis, & per eos aliquid resuere in alios ramos. Quod si hoc volebant, quod voluisse eos apparet, vt id in acquisitis obtineret, quod in antiquis, & vere de ramagio existentibus, non erat ramagij necessitas apponenda in retractu, sed erat de veteri dispositione adimendum, & simpliciter statuendum retractum deinceps locum habiturum in acquisitionibus apropiatis: in quo nihil fecissent absurdi, & exemplo defendi poterant plurimum vicinarum consuetudinum, quæ eo iure vtuntur quamquam, si verum fateri volumus, contra retractus primarium & germanum vsus, qui in antiquis herediis obtinere debet, sed ramagium inducendo vim afferunt & legi & nature, & in lege non est, quod natura non admittit.**

2 Et sera l'heritage reputé du ramage.) *Hoc quidem non rectè fingere est super impossibili, & contra naturam, cum ramagium deffiniatur esse descensus rei retrahenda à stipite in gradus inferiores venditoris & retrahentis, & hodie factum nullo iure retrahi possit.*

3 Quand aucun de sa famille.) *Melius dixisset, quand aucun de son lignage.*

4 En a esté approprié.] Cela seroit bon pour les descendans de l'acquireur per d. l. pronuntiatio: mais en matiere de retract, l'acquest du iourd'huy fait, ne remonte point aux degrez ascendans pour faire ramage, aussi peu qu'une riuere retourne en la fontaine, dont elle parloit. Cela se fait en droits successifs pour y succeder defaillans les descendans: mais la raison est, que la succession est deuë au lignage. & au sang, & tellement deferé par la Coustume & n'y est requis ramage.

5 Ores que le retrayant n'en fust descendu.) *Mala scriptura, imo. ores*

que le retrayant ne soit descendu de celuy qui a fait l'acquest, qu'on veut retirer: & en ces mots ils confondent le lignage, & le ramage: car leur intention estoit de dire, que combien que l'heritage ne fust descendu du tige commun des predecesseurs de l'acquireur & retrayant, il y auroit promesse à l'acquest de l'acquireur apres l'apropriement, & ne voulant parler que du ramage seul: car quand au lignage il n'y pouvoit auoir difficulte. *Hac patent ad sensum.*

CCXCIX.

TOUT presme & lignager peult retirer la chose subiecte à promesse, en payant par luy le vray pris conuenu entre le vendeur & l'achapteur, & les loyaux fraiz, cousts & mises, sans fraude. 285.

CCC.

ET si le presme à fait faire vn adiournement à ban de quinzaine à la paroisse où les heritages, sur lesquels il demande la promesse, sont situez, & luy ait esté à la dicte quinzaine, ou apres la promesse iudiciellement adiugée, autre plus prochain lignager n'aura lesdictes choses par promesse. 286.

CCCI.

RECOGNITION de promesse ne sera censée, ne reputée valable au preiudice du tiers, si elle n'est faite en iugement aux plaids ou hors plaids, au lieu où on à accoustumé tenir la iurisdiction. 287.

1 Au preiudice du tiers.) Additum, ne indefinita locutio negotiorum faceret partibus in terse: nam recognitio ubicumque, & quomodocumque facta nocet recognoscenti, & si facta sit sine fraude, eximetur recognoscens omnibus actionibus, qua aduersus recognitionem danda sunt: mala fide fit, si post litem intentatum acquirens alium recognoscit, & tum locus fit art. 327. infra hoc tit.

CCCII.

LE presme qui n'est demeurant au Duché, ou est absent dudit Duché, a an & iour apres l'informatiõ, &

certification faicte des bannies en iugement pour demander la premesse.

1 Qui n'est demeurant au Duché, ou est absent dudit Duché.) *Hic perspicue datur intelligi hac casu sufficere absentiam etiam casualem, & temporariam, etiam si non sit perpetua ut domicilij externi, de quo nos art. 274, quod autem dicit demander, intellige cum effectu, ita ut super petitione contestatio accedat ex regula artic. 278, qua generaliter de oppositionum omnium vi, & effectu statuit.*

CCCIII.

289. ET est tenu le presme absent prouuer son absence, si elle est deniée.

CCCIII.

290. LE vendeur & achapteur sont tenuz de iurer comme le marché fut faict, s'ils en sont requis.

CCCV.

291. ET si le presme vouloit prouuer la maniere du marché, parauant qu'il eust pris le serment, il seroit receu à le prouuer: nonobstant que le seigneur ou ses officiers eussent pris le serment pour auoir les ventes parauant que le presme fust cogneu.

CCCVI.

229. ET au cas qu'il n'y auroit presme du ramage qui voulust venir au retraict, le seigneur feodal ou celuy qui à rente censive, peult retirer les heritages venduz par puissance de fief, ou de cens. Et ne sera le Seigneur de fief frustré du retraict feodal par appropriation: si non que l'acquireur eust auparauant faict exhibition du contract au Seigneur ou son procureur, & qu'il eust payé, ou offert iudiciellement audit Seigneur, ou son Procureur, & Receueur (la cour dudit Seigneur tenante) le deuoir de lods & ventes, ou que ledict acquireur

*Simile statum apud Andron...
art. 20. Tit. De fig. &
...
Et la dernière de ces deux...
... Intol. regno.*

reur eust faict les bannies & appropriement par la Cour dudiect Seigneur.

1 Et ne sera le Seigneur du fief frustré.) *Additum rogatu nobilitatis, quæ nihil sibi de talibus perire pati poterat, & magnopere contendebat, ut ex tali culpa simpliciter appropriementum, & omni respectu intercideret: sed plures obstitere, & satis esse ordines sunt arbitrati, si priuatum dominis prædiorum caueretur, & eorum respectu vis appropriementi subsisteret.*

CCCVII.

L'OPPOSANT, soit par opposition generale ou particuliere, qui est recogneu à presme en iugement par l'achapteur, doibt payer reaument & de faict le pris de la chose qu'il pretend auoir par retraict, selõ qu'il est contenu au contract, s'il n'y a fraude: & les loyaux cousts & mises ² dans quinze iours apres la recognoissance & adiudication de premesse, ³ sans que lediect temps puisse estre prolongé par aucun Iuge.

Les cauteleurs du temps passé formoient des oppositions generales contre les appropriemens sans libeller, ou dire aucune cause de leurs opositions, l'acquireur recognoissoit la premesse au cas que le demandeur opposant la voulust demander par son opposition. Cela demeueroit vn an ainsi, l'opposant reprenoit son opposition, & demandoit la premesse, l'acquireur respondoit, que le demandeur n'estoit receuable, & que l'ayant recogneüe des auparauant l'an, & n'ayant le demandeur remboursé, il en deuoit estre exclus, l'oposant replicquoit, que le temps de rembourser ne luy pouuoit auoir couru, que du iour qu'il l'auoit demandée, or n'auoit il libelle de premesse que puis pen de temps. Voila les contestations, que les reformateurs ont voulu reirancher, ordonnant que s'il se trouue que le demandeur demande la premesse en vertu de son opposition precedemment formée, si le defendeur l'auoit recogneüe lors de l'opposition, il falloit prestement rembourser: car la premesse *retro videtur in iudicium deducta, & agnita, & consequemment faut rembourser dedās quinzaine à compter du iour de la recognoissance.*

La recognoissance se diect *respectu summa principalis liquida, qua per contractum apparet,* & l'adiudication se diect *respectu sumptum & ex pensarum: quia alioqui sola negatio excludit à retractu, si summa principalis soluta non sit.*

DES PREMESSES

nec adiudicatio necessaria est, nisi in sumptibus, quia actus recognitionis pendet a sola parte.

2 Dans quinze iours.) au lieu de l'huiétaine du passé, *ne amplius tempus daretur obstiti.*

3 Sans que ledict temps puisse estre prolongé.) *Hoc ideo, quia paulo ante reperti erant, qui infensa Themide id tempus ambitiose prorogarant, quod in potestate iudicantium non est, & legis auctoritati reseruatum est. Sed & repertus erat retrahens, cui cum in iudicio ex tempore facta esset recognitio, tempus sibi dari peteret ultra legale, quia importuna, ut dicebat, oblatione circumueniri se diceret, nec pecuniam ad manum haberet, & olim elapsam de manibus: qua petitione exclusus est, & toto retractu arresto Parisiensi.*

CCCVIII.

294 LE presme peult demander & auoir premesse en tout le contenu du contract subiect à premesse, ou à ce qu'il en pourra payer, pourueu que les choses où il pretend la premesse, se puissent commodemēt diuiser. Et au cas que le presme, n'en voudroit payer que partie, si l'achapteur¹ ou le creancier, auquel auroient esté les heritages baillez en payement, requeroit à la iustice que ledict presme iurast qu'il n'en peult plus payer, s'as mal mettre son estat, il ou son Procureur specialement fondé, le doit iurer, ou accomplir le payement.

1 Où le creancier.) *veteris iuris, & obsoleti reliquia.*

CCCIX.

295. ET audict cas n'auroit le presme, par sa premesse, des pieces à son election, s'il n'y auoit qu'un contract, & il ne peult tout auoir: mais lors doiuent entr'eux departir par loties, s'ils ne fōt autre accord: & ce que eschoiroit audict presme en son lot, luy demeurera.

Nullus aequus iniquus articulus est, ut hic in toto consuetudinis scripto, & si de veteri iure deductus, & descriptus. Itaque institimus, ut reformaretur, rationes ex iure & civilibus regulis addidimus. Recte dicitur contractus indiuiduos esse ex voluntate quidem alterius contrahentium: itaque iniquum esse in arbitrio retrahentis poni resolubilitatem partis contractus quam emptor ipse & acquirens non

habuit, cum magnam iniuriam fieri coningat emptori cui pars rei emptæ adimatur. Quamobrem sicut in potestate venditoris non sit partem contractus resolvere, sic ne emptoris aut retrahentis esse debere: igitur aut contractum diuidere, aut in communiōne cogi manere distractione partis contra ius esse, & legem ei imponi, de eo quod totum suum est: nam & diuisioni male inesse incommoda, usus fruendi, seruitutum mutuarum, cohabitationum, hic pratum cupit, ille vernactum, aut aratorium, ille aliud interim mira lites, & rixæ de sepibus, de stratis stramentis cundo aut agendo. Dicta sunt & rationes alia complures, sed nullo modo obtineri potuit, & fuit qui diceret rem se suam olim beneficio huius articuli seruasse: sane (inquam) sed quanta cum vicini iniuria, & contra leges ciuiles. Quod si quis id retraheret, quod in sua consanguinitate esset, fieri posse, si externa recusaret: sed si totus fundus retrahi posset iure sanguinis improbe totum recusari, & magnam iniuriam necesse emptoribus, nec exemplum usquam in toto regno Francia talis iuris reperiri. Sed id erat aduersus obstinatos dare operam, ut cum ratione insanires.

CCCX.

ET peut l'acquerreur auoir le serment du presme ou 296
de son tuteur, s'il le requiert, qu'il faict ledict retraict
pour le retenir à luy, sans fraude.

CCCXI.

Premesse n'appartient à aucun s'il ne l'a au temps de 297
la bannie ou de la certification: comme, si vn enfant
estoit encores à naistre apres la certification, il n'auroit
premesse.

CCCXII.

EN pur feage noble ne doibt y auoir premesse. 298.

Demptum est quiddam de veteri, Pourueu (disoit elle) que le bailleur retienne les obeissances: & il ne se peut faire feage sans retention d'obeissance, iure quidem consuetudinario.

CCCXIII.

QUAND heritage est baillé pour iouyr des leuées 299
par certains ans, & iusques au parfait payement de la 301.
debte du creancier, & en tout autre engage, ¹ferme,
ou louage, s'il n'excedent neuf ans, ny aura premesse:
& s'ils excedent neuf ans, pourra le presme venir au

retraiçt, pouŕueu qu'il reſte ſix ans de la iouyſſance du-
dict heritage.

*In veteri quadriennium duntaxat fuit, ſed cum id perſpicue ſpectaret ad elu-
denda commercia, & fidem contractuum, ut hoc modo conductores excluderentur,
inſtitimus, ut ius iniurium abrogaretur: nec enim hunc uſum eſſe retractus,
nec enim fuerat ad conductiones inuentum ſed ad rerum paternarum alienatio-
nes extra familias. Extiterat nuper Comitiffa quedam, que locato prædio melio-
ri conditione reperta filiam ſuam vix triennem induceret in ſcanam ad petendũ
retractum filia matris futura conductrix manifeſta fraude, & impoſtura contra
legem: nam nec etas, nec iudicium, nec conditio perſonarum tale quidquam pati
poterat. Interceſſere multi, quibus nec cor, nec mens eſſet: demum id tantum ob-
tineri potuit, ut tempus quadriennij in nouennium prorogaretur, ſic arbitranti-
bus cordatis hominibus raros tales contractus fore, ideoque & rariorem iniuriam.*
I Ferme, ou louage.) Veluti aux domaines congeables, qui ſe bail-
lent à temps de neuf ans, ou autre indeterminé. Quia contractus decenna-
les etiamſi dominij tranſlatiui non ſint formaliter, tamen quia diuturni temporis
ſunt alienationem quodammodo important, quod vulgò notant glo. l. i. D. ſi ager
uectigal. & ideo in hoc retractu datur, & laudimia competunt, & cetera aliena-
tionum accidentia, quod alibi diximus: tales ſunt locationes etiam temporis inde-
terminati, quia pro perpetuis habentur: comme les domaines congea-
bles, & precaire, & emphiteoſes, & talia.

CCCXIII.

EN tout contract cenſuel, y aura lieu de retraiçt: ſoit
au lignager, ou ſeigneur feodal, ou cenſuel.

CCCXV.

300 EN eſchange qui eſt faiçte de terre pour terre, ores
qu'elle ſoit aualuée pris pour pris, n'y a premeſſe: ſi ce
n'eſtoit en herbergerie où pluſieurs ſeroient herberge-
gez: & l'vn de ceux qui y auroit droit en feiſt eſchãge
à perſonne eſtrange, & les autres ou autre qui auroient
part en la maiſon & herbergement, pretẽdroient qu'ils
ne fuſſent commodement herbergegez & logez, y aura
retraiçt lignager: baillant recompence au compermu-
tant d'autre maiſon ou heritage ſuffiſant, le plus com-

modement que faire ce pourra, pour ledict compermutant.

CCCXVI.

EN contract fait partie par tiltre d'eschange, & partie par tiltre de vente, les contrahans seront tenus specifier les heritages qu'ils entendent faire entrer en la vente: & y aura promesse és choses vendues. Et si le contract estoit fait & cõceu à tiltre d'eschange seulement, & y auroit deniers deboursez pour supleemēt, si lesdits deniers n'excedēt le tiers de la valeur, n'y aura aucune promesse. Et au cas qu'ils excederoiēt ledict tier, y aura promesse, au prorata de tout l'argent deboursé. Et serōt les contrahans tenus exprimer par le contract, à quelle portion ils estimēt ledict supplément. Et si le presme ne se contente de ladicte estimation, il pourra faire priser les choses à ses despens: sauf repetition desdicts fraiz, s'il se trouue fraudé en l'estimation faicte par les contrahans.

Hic articulus iuris noui est de multis casibus complicatis utilissimè scriptus: nam de rationibus pugnantibus, & reciprocantibus integri tractatus fieri possent, tanta est hæc materia, & secundum disidium, nisi lege conticisset.

CCCXVII.

EN transaction faicte de bonne foy & sans fraude, sur procès intenté & pendant entre les parties, ny aura retraict, ventes, ne lods, ores qu'il y ait argent baillé ou promis pour se departir du procès.

